PELAGONII

ARTIS VETERINARIAE QVAE EXTANT

RECENSVIT PRAEFATVS COMMENTATVS EST

MAXIMILIANVS IHM

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Nullius rei scientia vilis est.
Veget. mulomed. praef. §. 9.

I. Anno 1826 Florentiae prodiit '*Pelagonii Veterinaria ex Richardiano codice exscripta et a mendis purgata ab Iosepho Sarchianio, nunc primum edita cura C. Cionii. Accedit Sarchianii versio Italica.*' codex Riccardianus hodie n. 1179 chartaceus f. 1—28 Pelagonii libellum exhibet cum hac Angeli Politiani subscriptione f. 28′: *Hunc librum de codice sanequam vetusto Angelus Politianus Medicae domus alumnus et laurenti cliens curavit exscribendum. Dein ipse cum exemplari contulit: et certa fide emendavit. Ita tamen ut ab illo mutaret nihil, sed et quae depravata inveniret, relinqueret intacta, neque suum ausus est unquam iudicium interponere. Quod si priores institutum servassent: minus multo mendosos codices haberemus. Qui legis boni consule et vale. Flor(entiae) anno MCCCCLXXXV Decembri mense.* de archetypo autem unde exscribendum curavit Politianus nihil praeterea scimus: periisse putandus est ut Marcianus Catonis et Varronis librorum de re rustica codex antiquissimus, quem cum principe editione scriptorum de re rustica idem vir doctissimus Florentiae a. 1482 contulit[1]). Pelagonii codicem non contemnendae vetustatis fuisse hodieque ex Riccardiano perspici potest. nam ut alia taceam, particula capitis IV (edit. Sarchianii p. 25 seq.) a scriba omissa in margine adiecta legitur Politiani manu scripta

1) Politiani exemplar nunc in publica bibliotheca Parisina servatur. de eius post Varronis libros subscriptione Riccardianae plane simili vide Henrici Keilii in Catonis et Varronis editionem praef. I. p. V.

litteris fere uncialibus. neque aliis locis vestigia desunt quae confirment archetypum propter litterarum formam saeculo IX antiquiorem iudicandum esse, scriptum fortasse saec. VII/VIII[1]). nomen auctoris prodit altera libelli subscriptio notatu digna haec

COMENTVM ARTIS MEDICINAE SEV VETERANAERIAE EXPLICIT PELAGONIORVM SALONINIORVM[2]).

quam qui legerit facile Osanno aliis[3]) adsentietur ipso plurali numero nominis Pelagoniorum indicium artis non ab uno sed a duobus vel pluribus confectae contineri, praesertim cum bene comparari possint Sasernae pater et filius Quinctiliique fratres librorum de rebus rusticis auctores[4]). sed facilius rem expediri posse credo, si archetypi indolem accuratius perpenderimus. non raro verborum contextus libri Riccardiani ita turbatus est, ut duobus locis iam Florentinus editor interpolationes statueret. dico autem locos a me uncis quadratis comprehensos §§ 14. 69. 118. 138. 146. 204. 206. 421. 441, quibus eiectis bene procedit oratio. quae aliter explicari non possunt nisi statuerimus ex duobus codicibus commentum illud artis veterinariae fluxisse, eum autem qui concinnavit ea quae in altero codice discrepantia reperiret adnotasse aut in margine aut inter versus, unde culpa scribae minus periti in ipsam orationem locis non suis inrepserunt. unum hic satis habeo proposuisse exemplum luculentum, de aliis vide quae exposui Mus. Rhen. vol. 46 p. 372 sq. cap. VIII § 118 (p. 39 ed. Sarch.) *Si equus peduculos in intestinis habuerit, intellegitur cum frequenter torquetur.*

---


1) Cf. commentatiuncula quam scripsi *Zur Ueberlieferung des Pelagonius* Musei Rhenani vol. 46 p. 371 seq.

2) Secundum versum Politianus scripsit.

3) Osann, Quaedam de Pelagonio Hippiatricorum scriptore (Gissae 1843) p. 17. cf. I. de Eichenfeld, Wiener Jahrbücher der Literatur vol. 44 (1828) Anzeigeblatt p. 51.

4) De illis cf. Reitzensteinii diss. de scriptorum rei rusticae qui intercedunt inter Catonem et Columellam libris deperditis, Berol. 1884 p. 3 seq., de his Geopon. edit. Niclas I p. LXIX.

coriandri sucum, sinapi, opopanacis paululum cum [in alio inveni singularum specierum p. quaterna dena esse, non quaterna sicut supra scriptum est] mulsa et oleo modico dabis. spectare adnotationem illam uncis inclusam ad remedium capitis praecedentis 114 (p. 38 ed. Sarch.) manifestum est facileque confundi poterant *p. X IIII* h. e. pondo denariorum quattuor et *p. XIIII* h. e. pondo quattuordecim. ex duobus illis codicibus (α et β), quos nescio quis adhibuit ad conscribendum Pelagonii exemplum (γ), in subscriptione pluralem nominis Pelagoniorum *Saloninorum* [1]) — ita enim scribendum videtur pro *Saloniniorum* — ortum esse putaverim. stemma igitur codicum efficitur hoc



II. Ex hoc uno codice neglectis aliis subsidiis editionem instituit Sarchianius, opus eius morte interruptum Cionius amicus absolvit. librum autem illorum mendis scatere neque accurate ex codice exscriptum esse dudum

---

1) Propter Salonini cognomen Osanno l. c. p. 17 in mentem venit ne forte Salonas Dalmatiae Pelagonii patriam urbem fuisse concludi possit. certe Saloninus derivatur a Salonis urbe tunc florentissima, ubi Diocletianus Salonitanus post regnum abdicatum degit. ethnicum legitimum Salonitanus est (cf. Mommsen Corp. inscr. Latin. III p. 304).

inter viros doctos constabat intellegetque qui Florentinam editionem cum mea comparaverit[1]). duobus annis antequam editio illa lucem videret, Iosephus de Eichenfeld Vindobonensis commentatus est diligenter de codice olim Bobiensi, nunc Vindobonensi 16, cuius septuaginta et sex folia rescripta sunt[2]). f. 37—41 quae continent fragmenta Hippiatricorum Latinorum vir ille doctus liquoribus chemicis non adhibitis extricavit[3]). tribuitur autem scriptura prior saeculo V vel VI, posterior saeculo VIII vel IX. iam edito Sarchianii libro cum Pelagonii fragmenta esse idem vir vidisset, editionis illius censuram scripsit lectionumque Vindobonensis et Riccardiani codicum comparationem instituit nec non alia quaedam de Pelagonio Vegetio Hippiatricis Graecis utiliter disseruit[4]). sunt autem fragmenta capitum XXVI, XXVIII, XXVIIII. capita longe aliter numerata fuisse quam in Riccardiano numeri duo servati CXLVIII, CXLVIIII (= 408. 409 meae editionis) produnt.

---

1) Codicem excussi a. 1890, capita selecta recognovi anno qui secutus est. menda editionis Florentinae talia sunt: 18 *pulvis Pelagonia propinas* (codex *pulvis Pelagoni apopiras*), 66 *permixtam* (cod. *pinsitam*), 98 *columbis* (cod. *coliculis*), 127 *servus* (cod. *ieiunus*), 43 *in pedem* (cod. *incedere*), 168 *fasciam mundae caepae ipsius* (cod. *fascae munde caepe ipm̄*), 362 *iuncta* (cod. *iumenta*) alia.

2) Jahrbücher der Literatur (Vindob. 1824) vol. XXVI Anzeigeblatt p. 20 seq. subscriptio est *Liber sancti Columbani de Bobio.* ex monasterio Neapolitano S. Iohannis de Carbonaria translatus est in bibliothecam Palatinam Vindobonensem. St. Endlicher, Catal. codd. latt. bibliothecae Vindob. (a. 1836) n. CCCXXII. Tabulae codd. ms. bibliothecae Vindob. I (1864) n. 16. idem continet Lucani Pharsaliae fragmenta antiquissima.

3) Accurate diligenterque Eichenfeldium fragmenta lectu difficilia descripsisse cum Carolus Schenkl mihi olim per litteras affirmavit tum ipse nuper, cum codicem examinarem, expertus sum. de paucis quibusdam quae aliter legenda esse censui in adnotatione critica dictum est.

4) Annales Vindobonens. 44 p. 141 seq. (cf. Anzeigeblatt p. 46 seq.)

III. Praeter codices Riccardianum (*R*) et Vindobonensem (*B*) ad recensendam et emendandam Pelagonii orationem plurimum conferre Hippiatrica Graeca Eichenfeldius editores Florentinos exemplis docuit luculentis. de quo opere eiusque scriptoribus praelibare pauca non inutile visum est.

Simonem Atheniensem, qui ante Xenophontis tempora fuit (Xenoph. *περὶ ἱππικῆς* I 1. 3. XI 6), primum de re equestri scripsisse auctor est Plinius nat. hist. 34, 76 eius imaginem a Demetrio statuario factam laudans[1]). Epicharmum Syracusanum pecudum medicinas diligentissime conscripsisse Columella testatur VII 3, 6 (cf. I 1, 8)[2]); Magonem Carthaginiensem in libris de agricultura XXVIII, quos Cassius Dionysius Vticensis vertit libris XX ac Graeca lingua Sextilio praetori misit, Diophanes in epitomen redegit (Varr. rer. rust. I 1, 10), Catonem, Varronem nonnulla de pecudum morbis edidisse praecepta curasque non est quod fusius exponam. post Cornelium Celsum, qui in libris de agricultura rem pecuariam minime neglexit (Colum. VI 5, 5; 14, 6. Pelagon. 22. 31. 185. 287), Columella duobus rerum rusticarum libris, VI et VII, maxime boum, brevius equorum aliorumque pecorum morbos curasque complexus est, quibus ex posterioribus multi usi sunt, ex Latinis scriptoribus maxime Pelagonius, Vegetius, Palladius. qui autem de arte veterinaria peculiares libros scriberent vix ante saeculum Chr. tertium extitisse pro-

---

1) Libri ab eo compositi partem *περὶ εἴδους καὶ ἐκλογῆς ἵππων* in Cantabrigiensi Hippiatricorum codice inventam Darembergius edidit, Notices et extraits des ms. médicaux (Paris. 1853) p. 169. cf. de Simone J. G. Schneideri comment. in Veget. praef. p. 15; Frider. Blass in Libro miscellaneo edito a societate philologica Bonnensi (Bonnae 1864) p. 49 sq. Miller, Notices et extraits des ms. de la bibl. impériale vol. XXI 2 (1865) p. 159. laudat Simonem Hierocles Hipp. p. 3. 173; in capite *περὶ εἴδους ἵππων ἀφορισμοί* cui auctoris nomen adscriptum non est, haec p. 261: *περὶ ἵππου εἴδους πολλοῖς γέγραπται καλῶς, ἄριστα δὲ πάντων Σίμωνι καὶ Ξενοφῶντι Ἀθηναίοις ἀνδράσιν.*

2) cf. Eug. Oder apud Franciscum Susemihl, Geschichte der griech. Litteratur in der Alexandrinerzeit, I (Lipsiae 1891) p. 487 sq.

babile est. ex quibus excerptionem Hippiatrica Graeca quae vocantur servaverunt duobus libris comprehensa auctore ignoto. quod Constantino Porphyrogenneto auctore ut Geoponica quae vulgo appellantur, rectius *αἱ περὶ γεωργίας ἐκλογαί* inscribuntur, aliaque, ita etiam Hippiatrica compilata esse credunt, certis quidem argumentis confirmari potest nullis, sed cum aliqua probabilitate concludi posse non negarim[1]). dico autem Hippiatrica editionis Simonis Grynaei adhuc unicae, quae in lucem prodiit Basileae a. 1537, postquam a. 1530 Iohannes Ruellius[2]) in Latinum sermonem conversa ediderat. neque huic neque alteri Hippiatricorum recensioni, de qua infra dicendum erit, prooemium praemissum est. is autem scriptor, cui longe plurima Hippiatricorum debentur, Apsyrtus est Prusaensis vel Nicomediensis, de quo Suidae (s. v.) testimonium extat hoc: *Ἄψυρτος, Προυσαεὺς ⟨ἢ?⟩ Νικομηδεύς, στρατιώτης, στρατευσάμενος ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν Σκυθίᾳ παρὰ τὸν Ἴστρον. ἱππιατρικὸν βιβλίον οὗτος ἔγραψε καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων· καὶ ἕτερα*[3]). militavit igitur sub Constantino Magno — nam alium Constantinum subesse quod ex prioribus quidam voluerunt, omnino non est cur credamus — ad Istrum, quod ipse quoque testatur Hipp. p. 1 hisce verbis: *Στρατευσάμενος ἐν τοῖς τάγμασι τοῖς ἐπὶ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ἔγνων τὰ συμβαίνοντα τοῖς ἵπποις κτλ.*, quibuscum conferendus alter locus p. 113: *ἔγνων δὲ ἐγὼ καὶ τοῦτο παρὰ Σαρμάταις* (cf. Pelag. 151). contra Gothos in Sarmatarum terra Constantinum feliciter pugnasse a. 332—334 scimus[4]). post hoc igitur tempus

1) cf. Oder, Mus. Rhen. 45 p. 61 adn. 1.

2) Veterinariae medicinae libri II Iohanne Ruellio Suessionensi interprete. Parisiis 1530. consentit fere cum Grynaei editione, ubi tantum desunt tractatus duo metrici, qui extabant in codice a Ruellio adhibito.

3) De Apsyrto Bithynio programma scripsit Curtius Sprengel, Halae 1832. de eodem cf. Schneideri comment. in Veget. p. 15. 22 seq. Eichenfeld, Annal. Vindobon. 44 p. 154.

4) Vide testimonia apud Schillerum, Histor. imperat. Roman. II p. 220. 221. nummi Constantini *Sarmatiam devictam* prae-

Apsyrtus ad Asclepiadem librum aut totum aut partem eius misit [1]). liber autem compositus est ex epistulis plurimis de morbis curisque equorum ad varios homines datis, postea in unum coniunctis [2]). eadem ratione Pelagonium per epistulas res veterinarias persecutum esse videbimus.

Ex prioribus Apsyrtus unum laudat Eumelum Thebanum mulomedicum: p. 12 ὡς εἴρηται καὶ Εὐμήλῳ τῷ Θηβαίῳ, p. 38 εἴρηται δὲ καὶ Εὐμήλῳ ἱππιατρῷ (cf. p 39; Hierocles p. 15. 40 ex Apsyrto). post Columellam eum scripsisse ex hisce quos subicio locis inter se comparatis intelleges.

Col. VI 30, 6 *si equo maxillae dolent, calido aceto fovendae et axungia vetere confricandae sunt eademque medicina tumentibus adhibenda est.*

Eumelus Hipp. 63 πρὸς γνάθων πόνον καὶ φλεγμονήν. ὄξει θερμῷ καὶ παλαιῷ ἀξουγγίῳ πυρία καὶ εἰ ἐπιμένοι ὁ πόνος ἐπίκαιε. τὸ δὲ αὐτὸ βοήθημα καὶ πρὸς φλεγμονὰς προσαγόμενον ὠφελεῖ.

VI 30, 8. 9 *at si bilis molesta est iumento, venter intumescit nec emittit ventos. manus uncta inseritur alvo et obsessi naturales exitus adaperiuntur exemptoque stercore postea cunila bubula et herba pedicularis cum sale trita et decocta melli miscentur atque ita facta collyria*

Eumel. Hipp. 202 ἐπαχθὴς χολὴ διὰ τῆς κατὰ γαστέρα φλεγμονῆς διαγινώσκεται· δεῖ τοίνυν ἐμβάλλοντα τὴν χεῖρα τὴν κόπρον ἀφέλκειν ἔξω καὶ μετὰ ταῦτα ὀρίγανον ἀγρίαν καὶ ἀγριοσταφίδα καὶ ἅλας λεπτὸν μετὰ μέλιτος ἡψημένου μίξαι καὶ ποιήσαντα κολλύρια ἐμβαλεῖν. τοῦτο καὶ

---

dicant; ludos Sarmaticos Mommsenus CIL. I p. 407 ad victoriam a Constantino de Sarmatis a. 332 reportatam refert, ad eandem titulum CIL. III 733, ubi vide adnotata.

1) Hipp. p. 1 ἀναταξάμενος οὖν ταῦτα καὶ τὰ πρὸς αὐτὰ βοηθήματα προσφωνῶ σοι, φίλτατε Ἀσκληπιάδη, τοῦτο τὸ βιβλίον, ὄντι μοι πολίτῃ καὶ ἰατρῷ μεγίστῳ. num idem sit Asclepiades p. 133 dubito (Miller, Not. et extraits XXI 2 p. 105).

2) In epistula ad Achaicum Nicaenum data p. 39 ipse revocat ad priorem suam epistulam (ὡς εἰρήκαμεν ἐν τῇ πρὸς Πούπλιον Οὐάρωνα ἐπιστολῇ), ubi (p. 37) viri nomen traditur hoc Τυράνιος Βάρων.

subiciuntur, quae ventrem movent bilemque omnem deducunt. quidam murrae tritae quadrantem cum hemina vini faucibus infundunt et anum pice liquida oblinunt. alii marina aqua lavant alvum, alii recenti muria.

κοιλίαν καθαίρει καὶ τὴν χολὴν ὑπάγει. τινὲς δὲ σμύρνης λελειωμένης γο̄ γʹ μετὰ οἴνου εἰς τὸν λαιμὸν ἐμβάλλουσιν καὶ τὸν δακτύλιον πίσσῃ ὑγρᾷ ἀλείφουσιν. ἕτεροι δὲ θαλαττίῳ ὕδατι τὴν γαστέρα κλύζουσιν, ἄλλοι δὲ νεαρᾷ ἅλμῃ τὸ αὐτὸ πράττουσιν.

Col. VI 30,9.10 *solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis, quorum signa sunt, si iumenta cum dolore crebro volutantur, si admovent caput utero, si caudam saepius iactant. praesens medicina est, ita ut supra scriptum est, inserere manum et fimum eximere, deinde alvum marina aqua vel muria dura lavare, postea radicem capparis tritam cum sextario aceti faucibus infundere. nam hoc modo praedicta intereunt animalia.*

Miller, Not. et extraits XXI 2 (1865) p. 103 *Εὐμήλου πρὸς ἕλμιγγας καὶ σκώληκας.* εἴωθεν ἐν τοῖς ἐντὸς τὸ γένος τῶν σκωλήκων καὶ ἑλμίγγων γεννᾶσθαι. τοῦτο δὲ γνωρίζεται διὰ συνεχοῦς τοῦ ζώου κυλίσεως. πολλάκις δὲ καὶ (trad. εἰς) τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν κοιλίαν ἀπάγει καὶ τὴν σοβὴν διαστρέφει καὶ τούτοις τοῖς σημείοις γνωρίζεται. ἐμβαλεῖν τοίνυν χρὴ τὴν χεῖρα κατὰ τῆς γαστρὸς ὡς εἴπομεν καὶ τὰ περιττώματα μετὰ τῶν ἑλμίγγων ἀφέλκειν, ῥάπανον δὲ λελειωμένην μετ' ὄξους ξέστου αʹ τῷ λαιμῷ ἐμβαλεῖν καὶ οὕτως τοὺς σκώληκας καὶ τὰς ἕλμιγγας ἀποπνῖξαι.

Col. VI 31, 1 *recens tussis celeriter sanatur pinsita lente et a valvulis separata minuteque molita. quae cum ita facta sunt, sextarius aquae calidae in eandem mensuram lentis miscetur et faucibus infunditur similisque medicina triduo*

Eumel. Hipp. 73 τὴν νεαρὰν βῆχα ἰᾶται φακῆς ἀληλεσμένης καὶ ἀπολελεπισμένης ἄλευρον ἢ πίσσου ὁμοίως ἀληλεσμένου καὶ κεκαθαρμένου ἐν ὕδατος θερμοῦ ξέστῃ ἑνὶ διὰ κέρατος διδόμενον. τὰ μέντοι νοσοῦντα ζῶα ἢ χλόῃ ἢ δέν-

adhibetur ac viridibus herbis cacuminibusque arborum recreatur aegrotum pecus (cf. Pelag. 108).	*δρων ἁπαλοῖς ἀκρέμοσι τρεφέσθω μέχρι τῆς κατὰ φύσιν ὑγιείας.*
Col. VI 30, 1. 2 (Pelag. 30).	Eumel. Hipp. 184.
VI 30, 3.	Hipp. 257.
VI 30, 5 (Pelag. 47).	Hipp. 248.
VI 39, 6. 7 (Pelag. 43).	Miller, Not. et extraits XXI 2 p. 136.
VI 33, 1. 2 (Pelag. 437).	Eumel. Hipp. 47.
VI 34, 1.	Hipp. 300 (Miller l. c. 136 *Εὐμήλου*).

alia.

Ex contrario iudicari Columella a Graeco scriptore sua petivisse vix poterit, Eumelum propius ad Apsyrti tempora quam ad saeculum Chr. primum accedere veri est similius neque in tanto consensu utrumque ex eodem fonte hausisse possum adduci ut credam.

Ab Apsyrto totus pendet Hierocles vir iuris peritus[1]), qui quo tempore libros duos *περὶ ἵππων θεραπείας* ad Bassum amicum conscripserit parum constat[2]). doctior aliis poetarum scriptorumque veterum dicta orationi suae solet inserere, cum ceteri satis habeant morborum signa curasque exposuisse spretis orationis cultu pigmentisque. praeter Apsyrtum, quem ad verbum transcribere solet saepiusque memorat[3]), auctores laudat Tarentinum[4]),

1) Hipp. 2 *ἀλλ' εἰ καὶ κατακούειν ἡμᾶς ἑτέρων τὰ νῦν ἐχρῆν ἔν τε δικαστηρίοις παρέχειν χρείαν τοῖς δεομένοις κτλ.*

2) Primi libri prooemium extat p. 2 sq., secundi p. 172 sq. cf. p. 171 *'μέτρον ἄριστον' εἶπεν τοῦτο σοφῶν τις ἐν ἀποφθέγμασιν, ᾧ χρὴ πειθομένους τοῦτο πέρας ἐπιθεῖναι τῇ πρώτῃ βίβλῳ.* p. 52 *κολλυρίων δὲ διαφόρους συνθέσεις εὑρήσεις γεγραμμένας ἐν τῷ δευτέρῳ μου βιβλίῳ.* ipsum Hieroclem corpus Hippiatricorum composuisse, quod voluere quidam, nuper Krumbacher Histor. litter. Byzant. (1891) p. 67 sq. coniecit argumentis non allatis, mihi quidem minime constat.

3) p. 13. 40. 43. 68. 81 cet.

4) p. 4. 220 (*Ταραντῖνος*). dixit de eo E. Oder, Mus. Rhen. 45 p. 89.

Stratonicum[1]), Dioclem Antigono regi aequalem[2]), Hieronymum[3]), Cleomenem[4]), ignotos fere omnes. Eumeli (p. 15. 40) et Magonis (p. 115) mentionem mutuatus est ab Apsyrto.

Apsyrti aequalis Hippocrates putari potest, si modo is est ad quem ille scripsit epistulam p. 50: *Ἄψυρτος Ἱπποκράτει ἱππιατρῷ χαίρειν.* fragmentorum eius peculiarem editionem Petrus Aloysius Valentini curavit adhibito praeter Grynaei editionem codice Hippiatricorum Barberiniano, ex quo paucissimas lectiones proponit[5]). Geopon. XVI cap. 20 quod Hippocratis nomine fertur, etsi Hipp. p. 217 rectius Anatolio tribuitur, tamen recipiendum existimavit. nova eiusdem scriptoris fragmenta iam accesserunt ex codice Parisino Milleri iam saepius laudato[6]).

Theomnestus cum se post Apsyrtum scripsisse ipse testis sit p. 190 *Ἄψυρτος γὰρ τοῦτο τὸ πάθος ὑποδερματῖτιν μάλιν καλεῖ*, non lubenter adsentiar Hauptio Hermae vol. V p. 23 seq. statuenti Theomnesti narrationem Hipp. p. 124 spectare ad a. 313 imperatoremque nuptiarum causa Carnunto in Italiam pergentem fuisse Licinium, quamquam concedendum fieri posse ut in libro suo post a. 332 composito ex memoria factum illud enarret[7]).

---

1) p. 5. 65. 202. 220.

2) p. 235 *ἐνέτυχόν ποτε συγγράμματι Διοκλέους δοκιμωτάτῳ προσφωνοῦντός τινι τῶν βασιλέων, Ἀντιγόνῳ οἶμαι, ὑγιεινὰ παραγγέλματα.*

3) p. 13 *Ἱερώνυμος ὁ Λίβυς.* p. 67. 84. 86. 122 cet. (Miller, Not. et extraits l. c. p. 156).

4) p. 80 *Κλεομένους τοῦ Λίβυος*, p. 94 *ὥς φησι Κλεομένης ὁ Λίβυς*, neque ab hoc diversus videtur *Κλεομένης ὁ Λίνδιος* p. 101.

5) *Ἱπποκράτους ἱππιατρικά.* Hippocratis veterinaria. Latine et Italice reddidit ac notis illustravit Petrus Aloysius Valentini. Romae 1814.

6) Vide Milleri indicem l. c. p. 156.

7) Ex posterioribus imperatoribus Valentinianus a. 375 Carnuntum adiisse traditur (Amm. Marcell. 30, 5, 2. cod. Theod. 9, 1, 12. cf. CIL. III p. 550). a Friderico Eichbaum, Grundriss der Geschichte der Thierheilkunde (Berolin. 1885) p. 12 disco

Parcius is qui hippiatrorum scripta compilavit adhibuit Anatolium, Tiberium, Agathotychum aliosque, de quibus quid novi proferam non habeo[1]). Pelagonium haud ita eleganter Graece reddidit neque peccatis gravioribus abstinuit, quae fortasse non tam interpreti quam exemplari ab illo adhibito non omni vitio carenti danda sunt crimini. de qua re vide sis commentarium e. gr. ad 14. 15. 20. 383. dolendum sane est quod interpres tot ac tanta omisit, superstitiosa maxime quae non sprevit Pelagonius dignus hisce in rebus Apsyrti sectator.

Codices Hippiatricorum Graecorum congruentes cum editione Grynaei non paucos bibliothecae adservant[2]). ipsa Grynaei editio codicis instar est (*H*) neque mali, quoniam multa menda leviora facili opera corriguntur orta fortasse typographi culpa. optimus Hippiatricorum codex iam Berolini extat in bibliotheca regia signatus 'ex bibl. Meermann. cod. Philipp. 1538', membranaceus foliorum 394, egregie exaratus saec. X vel XI,[3]) dignus qui fundamentum sit novae editionis, quamquam non pauca folia temporum invidia interierunt. lacunas orationem Grynaei editionis nonnunquam incidentes plerasque bene explet, lemmata integriora servavit. lacuna maior in Graeca editione est p. 74, post verba enim *οἷς χρησάμενος ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις θεραπεύσεις* accedunt ex Berolinensi (*P*) nova ad tussim remedia octo: *πρὸς τὴν ἐκ καταψύξεως βῆχα, σύνθεσις ἐγχυματισμοῦ εἰς τὸ αὐτό, ἀρθηριακὴ πρὸς βῆχα* (tres compositiones diversae), *ἄλλο*

Heusingerum a. 1843 Gissae edidisse commentationem cui inscribitur 'Theomnestus, Leibthierarzt Theoderichs des Grossen'. quae quod mihi non praesto fuit dolendum num sit dubito. — Theomnesti nomine feruntur etiam Geopon. XVI capp. 12—16. XIX 3. Cf. Gemoll, Berliner Studien I 1884 p. 77 sq.

1) De Anatolio Geoponicorum auctore praecipuo copiose alii dixerunt: Gemoll, Berliner Studien I 1884 p. 1—280. E. Oder, Mus. Rhen. 45 p. 58 sq.

2) Enumerantur nonnulli in Fabricii Bibl. Gr. edit. Harl. VIII p. 9.

3) Haenelius catal. libror. ms. p. 838 saeculo IX tribuit.

πρὸς βῆχα καὶ βουλσούς, *'Ανατολίου εἰς τὸ αὐτό*, *ἄλλο βήσσοντι ὑποζυγίῳ κτλ.*[1]). praeterea omissis ultimis in editione p. 307 verbis *ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ* e. q. s. subiunguntur f. 385—388 compositiones variae viginti quinque. f. 389—393 tractatus exhibent de ponderibus et mensuris, f. 393'—394' longissimam compositionem scriptam alia manu *'Αλοιφὴ θερμὴ δι' ἧς θεραπεύσεις πάντα τέτανον ἀνθρώπων τε καὶ ἵππων κτλ.* non integram. huius codicis eas partes quae ad Pelagonium scriptoresque ab eo adhibitos referuntur in meum usum contuli lectionesque selectas proposui.

Parisinos codices minores Millerus, Notices et extraits XXI 2 p. 5 sq. breviter recensuit. sunt autem

Paris. n. 1995 continens Geoponica et partem Hippiatricorum inscriptam *Βίβλος ἱπποϊατρικῆς μετὰ πόσεως* (sic) *ἑρμηνευμένον Σωστράτου καὶ Ἱπποκράτους.*

n. 2091 in quo insunt pauca fragmenta codicis modo laudati.

n. 2244 bombycinus, mancus neque bonus, appictis rudibus equorum imaginibus[2]).

n. 2245 consentiens fere cum Grynaei codice[3]).

Codice Barberiniano Valentinium usum esse in editione Hippocratis fragmentorum supra p. 10 monuimus.

Bibliothecae Bodleianae Oxoniensis cod. Baroccianus CLXIV chartaceus saec. XV congruit fere cum editione Grynaei[4]). plenior Cantabrigiensis (coll. Eman. cod. 3, 19)

---

1) Eaedem compositiones paullo aliter leguntur in codice Parisino Milleri *M* (v. infra): p. 75 *υος'* (*περὶ βηχὸς ἐκ καταψύξεως*), 72 *υνθ'* (*σύνθεσις ἐγχυματισμοῦ πρὸς αὐτό*), 73 *υξβ'* (*ἀρτηριακὴ πρὸς βῆχα*), 73 *υξγ'* (*σύνθεσις πρὸς αὐτό*), 74 *υξς'* (*ἄλλο*), 74 *υξζ'* (*πρὸς αὐτὸ καὶ βοῦλσον* [*βούλσους* in capitum indice]), 74 *υξθ'* (*'Ανατολίου πρὸς αὐτό*), 75 *υοε'* (*περὶ βηχὸς ἀνελπίστου*).

2) Montfaucon Bibl. bibl. II 735, ubi non bene descriptus est. eundem ex Halleri Bibl. med. pract. I p. 289 laudat Eichenfeldius, Annal. Vindob. 44 (1828) Anzeigeblatt p. 48 adn.

3) Ad hunc Ruellium Hippiatrica Latine reddidisse ait Millerus adhibitis ut videtur aliis libris.

4) Descripsit Darembergius, Archives des missions scientifiques et littéraires II (Paris. 1851) p. 151.

est saec. XII exeuntis[1]). ex hoc (*C*) et altero Londiniensi (*L*) Darembergius lectiones selectas cum Millero communicavit, quibus accedit tertius Leydensis ab eodem viro docto olim collatus. Laurentianum LXXV 6 chartaceum s. XV ipse inspexi. Hippiatrica incipiunt f. 124 *τάδε ἐστὶν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ τῆς τῶν ἵππων θεραπείας.* indicem capitum excipiunt tractatus metrici duo f. 126 *ἔκθεσις περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων ἀκριβεστάτη* et f. 126′ *ἔκθεσις Διοδώρου περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων ἀκριβής*[2]). sequitur f. 127 *Ἀψύρτου περὶ πυρετοῦ ἵππου* (superscr. m. 2) *κεφάλαιον πρῶτον. Στρατευσάμενος κτλ.* (edit. Gryn. p. 1).

IV. Prorsus diversam Hippiatricorum recensionem liber praebet Parisinus 2322 descriptus et excerptus a Millero[3]), membrana scriptus saec. XI foliorum 263. inscriptio est *Ἀψύρτου Διοκλέους*[4]) *Πελαγωνίου καὶ λοιπῶν κεφάλαια περὶ θεραπείας ἵππων.* capita ultima *,αρξς′ — ,ασκγ′* perierunt, quorum lemmata ex indice in principio posito cognoscuntur[5]). non tantum ordo remediorum plane inversus est in hoc codice (*M*), sed plurima insunt inedita. accuratius quae ratio intercedat inter hunc codicem et volgarem editionem quaerendum ei relinquo qui novam parat Hippiatricorum editionem. quantam autem Pelagonii libello recensendo utilitatem attulerit *M* ex hac ipsa editione patebit. hic non tacebo compilatorem hunc melius egisse quod Hieroclis meras repetitiones secluserit multaque alia pleniora excerpserit aut transtulerit ex suis auctorum Graecorum Latinorumque libris, quam qui Grynaeianum

---

1) Darembergius l. c. III p. 47.

2) Diodori expositionem ex aliis codicibus Ericus Pernice edidit Mus. Rhen. vol. 44 p. 568 sq.

3) Notice sur le ms. grec n. 2323 de la bibliothèque impériale contenant le recueil des *ΙΠΠΙΑΤΡΙΚΑ.* Notices et extraits des manuscrits de la bibl. impériale vol. XXI pars 2 (1865).

4) Scribendum esse *Ἱεροκλέους* monuit Millerus l. c. p. 13.

5) Tanquam appendix tractatus *περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἱπποϊατρικῶν* subiectus est numero carens. praecedebat (*,ασκγ′*) *ἐκ τῶν Κλεοπάτρας κοσμητικῶν περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων*, quod etiam in *P f. 390′* legitur.

corpus congessit. neque hoc nullius momenti videtur quod Pelagonianorum remedia non pauca aliter in *M*, aliter in volgari exemplo conversa leguntur, ut vel inde Latinus scriptor vindicetur Pelagonius.

V. Hippiatrica in Latinum sermonem translata inde a saeculo fere IV in hominum manibus fuisse verisimile est. certe Latino exemplari usus est Vegetius, quod ex ipsius verbis praef. § 6 efficitur: *hanc operam non invitus arripui, ut conductis in unum Latinis dumtaxat auctoribus universis, adhibitis etiam mulomedicis et medicis non omissis — nam mulomedicinae doctrina ab arte medicinae non adeo multis discrepat, sed in plerisque consentit — in quantum mediocritas ingenii patitur, plene ac breviter omnia epitomae digererem et signa morborum omnium declararem* [1]). Hippiatricorum Latinorum codex extat Monacensis 243 chartaceus saec. XV continens 'Chironis centauri, Absyrti, Hemerii artis veterinariae libr. X', quos editurus est Guilelmus Meyer, postquam breviter de iis dixit in Actis Academiae Monacensis 1885 p. 395. in huius libri sermonem quadrare ait Vegetii praef. § 3 verba de Chirone et Apsyrto 'eloquentiae inopia ac sermonis ipsius vilitate sordescentibus'. eiusdem argumenti codex in Fabricii Bibl. Lat. III p. 178 (ed. Ernesti) indicatur ita: 'Vegetium de mulomedicina nec minus Chironis Centauri Absyrti et Cl. Hemerotis de arte Veterinaria libros X et Oliverii Neapolitani librum de equis ms. servabat Norimbergae Gotfridus Thomasius'. qui num hodieque extet quaeritur; Norimbergae esse sciscitanti mihi negaverunt. de Hieroclis de curatione equorum libro ms. Latino Bononiensi pauca adnotavi Musei Rhenani vol. 46 p. 377 [2]).

VI. His praemissis accuratius de Pelagonio eiusque libello dicendum est. scripsit autem auctor Latinus [3])

---

1) Cf. quae paullo supra ait § 3 de Chirone et Apsyrto.

2) De aliis vide Schneideri commentar. in Veget. p. 17 sq.

3) Nihil immorandum censeo in refutanda opinione priorum (Osanni aliorum) qui Graece Pelagonium scripsisse voluerunt. Latinum scriptorem vel epistula libro praefixa arguit

de singulis equorum morbis singulas amicis inlustribus epistulas, quas postea in librum coniunctas cum litteris dedicatoriis ad Arzygium misit, quem virum clarissimum Buechelerus Mus. Rhen. 45 p. 333 iure concludit etiam litterarum antiquarum historiae inserendum esse, 'ut qui laudes equorum non modo lingua iactasse videatur sed etiam litteris mandasse sive poeticis ut per epigrammata vel cynegetica (Nemesianus: *cultusque mihi dicendus equorum*), sive Libanii rhetorumque more demonstrativis'. de viro illo, cuius nomen etiam capitibus III. VI. XXIV praescriptum est, post Borghesium [1]) Huelsenus disseruit Notizie degli scavi 1888 p. 495 sq. duo Betitii Perpetui Arzygii eiusdem gentis, pater fortasse et filius, distinguendi sunt, alter qui per biennium (inter annos 315 et 337) corrector provinciae Siciliae fuit statuae honore nobilitatus a provincialibus [2]), alter vir clarissimus consularis Tusciae et Vmbriae [3]). consulares autem Tusciae et Vmbriae cum non fuerint ante a. 366, occurrant inde

---

(cf. Buecheler, Mus. Rhen. 45 p. 333). accedit codicis Riccardiani cum libris Columellae et Vegetii consensus.

1) Opp. vol. VI p. 305. 343. epistula eius data d. 24. April. a. 1826 inserta est praefationi editionis Sarchianeae p. 2 sq.

2) CIL. X 7204: *clementissimo et victoriosissimo d. n. Flavio Valerio Constantino Maximo pio felici invicto Augusto Betitius Perpetuus v. c. corr(ector) prov(inciae) Sicil(iae) devotus numini maiestatique eius semper dicatus.* Notizie d. scavi 1888 p. 495 (= Kaibel Inscr. Graecae Siciliae et Italiae n. 1078 a Addend. p. 697): *Arzygii. τὸν ἁπάσας τὰς πόλεις τῆς Σικελείας ἀνανεώσαντα τὰ βουλευτήρια καλῶς διοικήσαντα τάς τε λιτουργείας ἰδίαις καὶ ἐπινοίαις ἐπικουφίσαντα καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐπάρχιον εὐεργετήσαντα Βετίτιον Περπέτουον τὸν λαμπρότατον πάτρωνα αἱ Σικελῶν βουλαὶ καὶ ὁ δῆμος ἀνδριάντι τὸν εὐεργέτην μετὰ διετίαν τῆς πράξεως διὰ πρεσβευτῶν Ῥοδίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν διασημοτάτων δεκαπρώτων ἠμείψαντο* (in basi Romae reperta).

3) CIL. VI 1702 (ad melius apographum Huelsenus l. c. p. 497): *Betitio Perpetuo Arzygio v. c. consulari Thusciae et Vmb(riae) ob singularia eius erga provinciales beneficia et ob moderationem, pro documento etiam posteris relinquendam aeternum statuae monumentum Thusci et Vmbri patrono praestantissimo collocarunt.*

ab a. 370[1]), consularis vix idem iudicari potest qui sub Constantino corrector Siciliae fuit. a consulari autem non diversum esse Pelagonii amicum eundem virum clarissimum[2]) iam Borghesius statuit neque postea quisquam oblocutus est[3]). de ceteris quibus curas medicinasque conscriptas tradidit Pelagonius, Festiano[4]), Falerio, Papiano, Lucilio[5]), Astyrio, nihil certi traditum est. probabile tamen duco cum Borghesio Astyrium sive Asterium gentis Turciae fuisse, fortasse L. Turcium Apronianum Asterium praefectum urbis a. 363, ad quem edicta referuntur de pecoribus vendendis et de suariis CIL. VI 1770. 1771[6]). quae omnia generatim Pelagonii aetatem confirmant, scripsisse eum post medium saeculum IV, neque tamen certiorem temporis definitionem permittunt. praeter Apsyrtum e Graecis scriptoribus maxime adhibuit Eumelum, etsi nusquam nominat[7]). auctorem philograecum non pauca vocabula Graeca demonstrant, qualia sunt

1) Mommsenus apud Lachmannum Gromat. Lat. II p. 207.

2) cf. epist. *contentusque sum me ex tua claritate florere.*

3) cf. Pelag. 27: *aliud quod apud Tuscos amatores asturconum ego didici.* Arzygiorum epigramma in basi Romae reperta scriptum edidit Huelsen l. c. p. 496 (= Kaibel Inscr. Graecae n. 968a Addend. p. 695).

4) Ad hunc plurimas misit epistulas (v. ind.). ex cap. XIV colligimus Pelagonium non modo equis amici sed ipso Festiano viro clarissimo (216 'congruum est, ut de lumbis et de renibus *apud claritatem tuam* pauca dicamus') renibus dissoluto medicinas praebuisse.

5) Fortasse idem est *Lucilius Constantius v. c. consularis Tusciae et Vmbriae* tituli Lunensis nuper reperti, Notizie degli scavi 1890 p. 377.

6) Bene Henzenus ad CIL. VI 1772. 1773 adnotat Valentinianum et Valentem rescribentes ad Praetextatum praefectum urbis a. 367/368 Cod. Theod. 14, 4, 4 *quibus in rebus illud quoque a decessore tuo salubriter institutum est, quo suariis aestimandi licentia denegetur* e. q. s. edicti n. 1770 ita mentionem facere ut id paucis annis ante factum esse appareat; n. 1771 autem eiusdem esse praefecti ac 1770 similitudine probari argumenti.

7) Vide comment. e. gr. ad 171. 193. 204 sq. cet.

morectus (34. 140), *apopiras* = ἀπὸ πεἰρας[1]) (18. 102. 67 cet.), *philocalus* (2. 183. 188), *chylon* (85. 188), *pasmos* (accus. 60), *spathomele* (448), *ex polyphilis* (414) ilia; ipsae Graecae litterae remanserunt ὁλκήν, ὀποῦ Κυρηναϊκοῦ (vel Κυρηναίου) κυάμου μέγεθος, λιβανωτοῦ (268), διὰ βδελλίου *malagma* (269), *acetum acre* καὶ γλοιὸν παιδικόν (348, cf. 347), πράσιον *quod Graeci appellant* (93). Latinorum scriptorum affert Cornelium Celsum (22. 31. 185. 287) et Columellam, quem ad verbum solet transcribere neque tamen omnibus locis laudat[2]). Latini scriptores putandi sunt etiam Florus[3]), Emeritus[4]), Optatus ceterum ignoti. Gallicanus (5), Litorius Beneventanus (6), Turanius (414), quos laudat remediorum auctores de arte veterinaria peculiaria scripta vix ediderunt; tres omnes viri clarissimi, nisi fallunt vestigia tradita, aequales fere Pelagonii videntur, certe Turanium *ex polyphilis* ait esse. Gallicani viri clarissimi plures innotuerunt. ex quibus ad Pelagonii aetatem proxime accedunt consul a. 317 et consul a. 330. addo Volcacium Gallicanum qui vitam Avidi Cassi scripsit quemque viri docti eundem putaverunt atque consulem a. 317, in libris manu scriptis appellari virum clarissimum. nihil autem refert commemorasse alios (cf. CIL. II 4115. VI 1155. X 1111. 1249. 4785. XI 830). Litorii (6) nomen satis rarum est. notissimum aetatis Theodosianae comitem Prosper memorat ad a. 439, tacite perstringit Salvianus de gubern. dei VII 10, 40. Fonteium Litorium Auxentium virum clarissimum Valentiniano regnante praefectum urbi habes

---

1) cf. Buecheler, Mus. Rhen. 45 p. 332. *de experimento* est 126. 398, ut Veg. IV 4, 3 *de experimento medicina est.*

2) Vide comment. ad 1—4 cet.

3) 185. 308. 364. 494. eundem voluerunt esse Florentinum rerum rusticarum scriptorem, cui opinioni iure diffidit Oder Mus. Rhen. 45 p. 87. Florum Apsyrtus videtur novisse, cf. comment. ad 308.

4) 85. 272. 274. 290. mulomedicus appellatur 72. 99. 110. 153. non diversus videtur Hemerius codicis Monacensis supra laudati.

in titulo urbano CIL. VI 1669[1]). Gordiani temporibus fuit T. Aelius Annius Litorius CIL. VIII 895; anni 263 titulus est CIL. III 417 *(Hermias qui et Litorius)*. exempla nominis, non cognominis praebent tituli CIL. VII 645. XIV 695[2]). Litorii medicamentum quoniam Apsyrto notum fuisse verisimile est (vide adnotat.), vel inde haud ita multo post conlegam veterinarium Pelagonius fuisse effici potest. Arcadius (168), Eubulus (271), Hipparchus (3)[3]), Aemilius Hispanus et Caystrus Siculus mangones (23. 9) in tenebris iacent. Magonis nomen (150) ab Apsyrto mutuatus est.

Pelagonii libellus non integer ad nos pervenit, perierunt in codice Riccardiano pars capitis XXXI (de malagmatum compositionibus), capita XXXII (de causticorum compositionibus), XXXIII (de haustu hirudinis et de tumore testium et de vermibus et de cossis), XXXIV (de verrucis pecorum), pars capitis XXXV (de farciminoso), quorum fragmenta ex Hippiatricis et Vegetio collecta editioni subiunxi (471—508). sed ne ceterorum quidem capitum servata esse omnia docent fragmenta 474—477 (referenda ad cap. VI), 481, 484, 486, 487, 488, 489, 490, de quibus vide quae adnotata sunt in commentario. in capite de ventris dolore VII cum dicat (115) primo diligenter signa inspicienda esse, dehinc prout exegerit passio promendam medicinam, signorum enarrationem excidisse apparet. capita ut nunc in Riccardiano leguntur distribuit is qui ex duobus codicibus commentum artis veterinariae concinnavit, eundem lemmata capitum formasse probabile est, addidisse imprimis illud *ait* (cf. cap. II. VI. VII. VIII cet.).

---

1) cf. Ephem epigr. IV p. 280. Seeck in Hermae vol. XVIII p. 297 et Proleg. edit. Symmach. p. CCII. CCIII (Monum. Germ. hist. Auct. antiq. VI 1).

2) *Litorini* cognomen Hirschfeldius legit in titulo Narbonensi CIL. XII 4510 litteris scripto saeculi primi.

3) Hipp. 303 traditur Ἱππασίου Ἠλείου σύνταγμα. etsi facili mutatione scribi possit Ἱππάρχου, in tanta testimoniorum penuria praestat non recedere a scriptura tradita.

capita XV et XVI seiungi nequeunt, 226 tanquam prooemium est remediorum omnium quae secuntur de articulis et de pedibus (227—266), neque bene in hoc caput medicinae ad cervicis vel colli dolores videntur invasisse; fragmentum de ponderibus et mensuris 277 non suo loco legitur in capite de dentibus animalium XVIII; remedium ad tussim 450 male divulsum est a cap. VI, et quae sunt similia. rectior fortasse capitum divisio in codice *B* extabat, quam reponere fragmenta tenuia prohibent. quae cum ita sint, retinui quidem Riccardiani capitum numeros cum inscriptionibus traditis, sed novam, ut facilius singula reperiri et adferri possint, numerationem remediorum continuam, ut in Parisino *M* factum videmus, instituere non inutile duxi.

VII. Ex posterioribus Pelagonii scrinia Vegetius maxime compilavit, cuius hoc de illo est testimonium mulomed. praef. 2 sq.: *licet proxima aetate et Pelagonio non defuerit et Columellae abundaverit dicendi facultas.* illud *proxima aetate,* satis incertum temporis indicium, referri non potest nisi ad Pelagonium solum. Vegetium autem mulomedicinae auctorem eundem esse qui inter annos 383 et 450 rei militaris epitomen ediderit, viri docti hodie fere consentiunt[1]). ad emendandos Vegetii libros, quorum nova recensio dudum desideratur, plus quam Hippiatrica Graeca Pelagonii libri Latini valent, neque raro adiuvante maxime Vegetii codice Corbeiensi Pelagonii verba aut corriguntur aut confirmantur[2]). ea quae Vegetius praef. § 3 vituperat

1) Teuffel-Schwabe, Hist. litt. Rom.[5] § 432, 10.

2) Codicis Corbeiensis (digestorum artis mulomedicinae libri III) apographum in Leydensi bibliotheca est (Teuffel-Schwabe Hist. litt. Rom.[5] § 380, 3. 432, 11). fragmenta antiquissima servat S. Gallensis 908 (cf. Niebuhr Merobaud. p. 12, Scherrer Verzeichniss der Handschr. d. Stiftsbibl. v. St. Gallen p. 328). de aliis Vegetianis libris ms. cf. Schneideri praef. in comment. ad Veget., Eichenfeld Annal. Vindob. vol. 44 Anzeigeblatt p. 46. Vegetii mulomedicina per mediam aetatem summo in honore fuit. Theodericus episcopus Cerviensis († a. 1298) 'mulomedicinam ex dictis medicorum et mulomedicorum sa-

Pelagonium omissis signis causisque morborum tam magnae rei fundamenta neglexisse iure miraberis, ita ut aut iniuste eum iudicare aut mutilo exemplari usum esse statuendum sit.

VIII. Restat ut de ratione novae editionis pauca addam. itaque ad recensendam orationem fundamentum esse Riccardianum librum per se intellegitur. correxit autem Politianus eadem fere ratione qua in emendanda Catonis et Varronis principe editione ex codice Marciano vetustissimo usum eum esse Henricus Keil narrat edit. praef. p. VI. errores eius cui describendum mandavit sprevi paucis locis exceptis ubi scripturas primae manus (R^1) adnotare non inutile duxi. orthographiam ad hoc unum exemplum ita constituere ut sibi constet omnibus locis non semper facile fuit neque si quis plures codicis scripturas retineri malit repugno. velut scripsi semper *imponere* similia, cum non raro extet *inponere.* sed praestat ipsum scripturarum specimen subicere, ut qualis sit codicis editionisque indoles melius perspiciatur.

a et *e*: *conspargenda* 21. *consparsam* 259. *consparges* 426. sed *conspergito* 171. utramque retinui.

a et *i*: *salvatici* 7. 101. *salvaticum* 91 (rectius 10. 19 cet.).[1]

ae pro *e*: *assiduae* 157 saepius.

au et *a*: *auxungia* 75. *auxungiam* 71. 83 (*axungia* 31 et passim).

e pro *ae*: passim.

e et *i*: *alei* 147 saep. *cemolia* 15. *crebrato* 44. 449. *gengivae* 69. *ilea* 38. *pastellis* 53. *pastellos* 89. 90. *senapi* 194. 229 (saepius *sinapi*). *spongea* 193. *spongeis* 212. *tympanetico* 210. 213 alia.

---

pientum' ut inscribitur in cod. Vat. Regin. 1010 (cf. Mus. Rhen. 46 p. 376) compilans Vegetii praefationem ad verbum fere in suum usum transcripsit. eiusdem compilationis libri ms. extant Venetiis in bibliotheca S. Marci class. VII cod. 25 (Valentinelli catalog. V p. 141), Vindobonae in bibliotheca Palatina cod. 2414 (cf. Eichenfeld l. c. Anzeigeblatt p. 52). de auctore medico breviter egit Curtius Sprengel, Histor. medic. II³ p. 596 sq.

1) Cf. Italorum *salvaggio.*

-es pro *-is*: *radices* 14. *tristes* 34 saep.
ee: *prodeest* 269. 304 (*prode ẽ* 98).
i et *e*: *decim* 459. *dimissum* 33 saep. *mirabiris* 235. 236. 240. *proficerit* 256 similia.
gravidinem 48. *pinguidine* 302. *valitudinis* 327. *orciolarem* 39 sim.
i et *y*: *dactilos* 385. 463. *licio* 57. *stiracis* 343 et passim.
i = *ii*: *denari* 32. *marrubi* 16. *meconi* 23. *trifoli* 14 et passim.
i = *ει*: *apopiras* ita semper retinui.
i = *αι*: *ozinas* semper traditur praeter 457 *ozynas* et 260 *ozynosa* (*ozinosa R*[1]). scripsi *ozaena*.
o et *u*: *glandolas* ind. capitum. *globolos* 392. *tondenda* 449 (*volsos* 84. *volso* 96 retinui).
o et *y*: *storacis* 299. 369. *storacini* 273 (saepius *styrax*).
oe = *υ*: *choelon* 85 (sed *chylon* 188).
u et *o*: *culiculi* 142. *cutula* 214. *pulentam* 171. *pusca* 199. 219 (saepius *posca*). *robureis* 30. *rutundi* 253. *rutundae* 454 (sed *rot.* 2. 341). *spungiam* 199 alia.
u et *i*: *simula* semper pro *simila*. cf. adn. 188. *peduculos* 118 retinui (cf. 122).
u et *y*: *buturi* 13. 375. 450 (saepius *butyri*). *cotula* ita semper.
y et *i*: *cynnami* 390. *hyeme* 269 saep. *hyrcini* 450. 463. *hyrundinis* 236. 286.
y et *o*: *ypopanacis* fere passim.
syncope: *radiclas* 84. *speclaria* 248.
v et *b*: *euforvii* 341. *vetas* 133. *videllae* 125. *vitumine* 162. *vituminabis* 237 (*vacarum B* 366). *verbex* 276. *berbecinis* 422. *berbecinos* 192. *fabo* 208. *obi* 241 (*ovi R*[1]).
l: *medulam* 85.
ll: *allium* 272 saep. *callida* 26 saep. *corcodilli* 416—419. *macillentos* 24 saep. *medella* 137 et sic fere semper. *mellicrato* 156. *mellilotum* 26.
l pro *r*: *coliandri* 307. *pululenta* 209.
r pro *l*: *ficurneam* 294. *grandulis* 59. grandulas 70.

m addita: *farinā hordeaciam* 56. 69 saep.
omissa: *semuncia* 32 saep. *manuplenam* 231.
n addita: *contunsa* 301. *infunsa* 185 (sed *contusa* 31).
omissa: *trascenderint* 216.
n et *m*: *conplutum* 78. *inpares* 13 saep. *inponis* 15 sim. saep. *circundato* 246. *circundatur* 280. *tandiu* 84 saep. *plerunque* 1. 33. 34 (*plerumque* 292 saep.).
nn: *innulae* 125. *innulam* 48.
c pro *g*: *cambas* 329. *cambis* index capit. *caro* 213. *malacmatis* 194.
pro *qu*: *ecum* 363.
g pro *c*: *grassus* 59. *agri* 238 (*acri R*[1]). *carigas* 98. *frigare* 211. *migat* 404. *horthogyllos orthogylli* 266.
pro *z*: *gengiberis* 463.
d et *t*: *quod* 1. 25 saep. (*capud* 406. 408 cod. *B*).
b pro *p*: *soborabitur* 397 (*soporaveris B*).
p addita: *hiemps* 316.
pp: *repperiuntur* 3.
f pro *ph*: passim.
h addita: *his* 47 saep. *hisdem* 43. *habrothoni* 382. *horthogyllos* 266.
cholicos, cholicis XXI. 287. *colichos* 288.
cartham 134. *cautherio* 448 saep.
omissa: *anetum* 281 saep. *ybleo* 440.
s et *x*: *asungia* 207. *astrinserit* 386. *iusta* 77. *mistus* 43 saep. (ubique scripsi *mixt* —). *sest̄* 211.
ss pro *s*: *cassiae* 94 saep.
ss pro *x*: *cossis* lemma cap. XIIII.
x pro *s*: *sinixtra* 208. *sinixtro* 214 (cf. *extimabis* 218).

Graecorum vocabulorum scriptura ut adsolet variat. quamquam semper fere *f* scribitur pro *ph* (*strofus, fyseter* cet.), tamen hoc omnibus locis restitui placuit. *colophoniae* traditur 343; *colophonie R* exhibet 391, *colofoniae B*, contra 367 *euphorb. B*, *euforbi R*. in indice capitum cum sit *falangionis*, in lemmate cap. XX traditur *palangionis*, 282 et 283 *spalangio*; *symponiace* est 97, *silpi* (h. e. *σιλφίου*) 338.

De orthographia singulorum vocabulorum et de gram-
aticis quibusdam haec adnoto. scripsi igitur

rotonum: traduntur praeterea *habrotoni* 37. 41. 187. 367. *habrothoni* 382. *ambrotoni* 16.

sinthium: traduntur praeterea *absintium* 6. *absentium* 249. 328. *absenthium* 26. *asynthi* 252.

ium: saepe scribitur *allium* 272 cet. *alei* 147. 162. 432 (cf. *aleum* Edict. Diocl. 6, 23).

psyrtus: traditur fere *Abs* —. *adsyrti* 151 (in margine manu Politiani *Apsyrtus*). *absyrthi* 376.

della: cf. ad 125.

tyrum: saepius ita quam *buturum* (13. 375. 450).

sia: rarius *cassia*.

cleare, coclearium: *cocleare* 5. *coclearea* 23. *coclearibus* 135. *cocliare* 8. 18. 128. 366. *cocliaria* 109. 111. 113. *clocliaria* 288. 289. *cocliarium* 38 (366 cod. *B*).

rnu passim, raro *cornum* velut 256.

tula, non *cotyla* (cutula 214).

vum ubique scripsi, traditur *herbum* (cf. *hervum* Edict. Diocl. 1, 16).

cla semper.

llinaceus: *gallinacea* 332. *gallinaceo* 433. *gallinacium* 137. 138.

ycyrrhiza: *glycyrize* 367. *glycirizae* 454. *glycyrigię* 450.

mmoniacum fere semper scribitur: *hamoniaci* 340. *hammoniachi* 322.

biscus: *hibiscum* (acc.) 180. 337. *ibisco* 261 (ibid. *irisco*).

rdeacius semper traditur, non *hordeaceus*.

ssopus nusquam recte scribitur: *ysopi* passim. *isopi* 341. 372. 396 (*ysopi B*). *hisopi* 14 (336 *isopi* pro *oesypi* ut videtur).

ser scripsi ut saepius traditur: *lasar* 77. *lasaris* 81. 91. *larser* 214.

edela: semper fere traditur *medella*, quam lectionen Hertzius recepit in edit. Gellii (cf. Lachm. Lucret. p. 204).

elicratum: *melicrato* 152. *mellicrato* 156.

murra ubique scripsi: traduntur praeterea *myrra* et *mirra* (*murra* etiam *B* 366). *myrnae* 94 mendum librarii videtur, vix fuerit *smyrnae*.
nasturcium semper, non *nasturtium*.
opopanax: semel recte in *B* 394 *opopanacem*. in *R* scribitur *ypopanax*, bis *apopanacis* 273. (367).
perunguo et *perungo*, similia.
portulaca cf. ad 371.
posca saepius quam *pusca* (199. 219).
rosacius, non *rosaceus* (cf. *hordeacius*).
rotundus: *rot.* 2. 341. *rut.* 253. 454.
simula pro *simila* cf. adn. 188.
sinapi saepius legitur quam *senapi* (194. 200. 229).
spongia: bis *spongea* 193. 212 et *spungia* 199. 200.
styrax saepius quam *storax* (299. 369). *storacini* 273.
sulphur in *R* scribitur, *sulfur* *B* 351. 353.
terebinthina: in *RB* scribitur *terebentina* passim, semel *terebintinae* *R* 329.
tisana traditur, non *ptisana* (*thisanae* 396 *B*).
tracanthum scribi solet quod retinui, occurrunt praeterea *tracanti* 84. 94 saep. *trachanthi* 367. *traganti (tracanti?)* semel *B* 393. nusquam *tragacanthum*.
trixago -inis nusquam recte: *fraxaginis* 370. *trixagonis* 14. *trixogonis* 390. *trexogonis* 8. 341. *trexogoni* 35.
troglitis semper ita, semel *troglititem* 443.
tus fere semper, non *thus*.
vettonica: *vectonicae* 341. *brettonice* 367.

Declinatio.

genit. sing. *-i* pro *-ii* passim velut *rosaci*, *marrubi* cet. *querci* 174.
genit. plur. *mensum* 1.
acc. sing. *tussem* passim, *tussim* 81. 460 (utramque formam retinui).
abl. sing. *superiori* 22. *veteri* passim, semel *vetere* 245. plur. *genubus* 263 (*genibus* 491 fragm. ex Vegetio).

Vocabulorum Graecorum: genit. *hieraebotanis* 14. *rodo-*[illegible]. 341. *rododafnes* 361. *rhododafnes* 194. *meu[m]* =

μήου 390. *scynu* 391 *B*, *scyni* 395 *B (scoeni R)*. accus. *choelon* 85. *chylon* 188. *dysurian* ind. cap. (*dysuriam* lemma cap. VIII). *fyseterem* 468. *irin* 66. *melotidem* 448. *rhododafnen* 141. *sinachem (= synanchen)* 97. *schiadam* (leg. *ischiada*) 386. *spathomelem* 448. acc. plur. *parotidas* 68 (sed *parotides* 57. 64). heteroclita: *cataplasma* primae 230. 260. 261. 448. tertiae 414. *malagma* primae 256. 320. 446 saep. tertiae 194. 279 (ex Colum.). 448 (cf. *croci dragmam* 327, *croci dragmas* 369. 371).

In coniugatione non raro ea temporum confusio cernitur, ut quid scriptori, quid scribae tribuendum sit parum liqueat. cf. e. gr. 72 *infundis . . et mittis . . et teres, adiunges . . et teris*; 73 *infundes . . et deteris*; 74 *infundis . . et sic teres*; 75 *tundis . . et commisces . . et tundes, tundes . . et facis*; 76 *decoques . . et commisces et iterum tundis et facis*: talia ducenta. quae cum ita sint, ubique fere codicis lectiones servavi. neque minus in 41 retinui *sanguinem detrahas et potionas sic*, quamvis facili mutatione scribi possit *potiona* vel *potiones*, et quae sunt similia.

De dubiis formis *acrissimo*, *populi albi* aliisque notabilioribus consulendi sunt indices, quorum primus est de nominibus propriis, secundus de rebus vocabulisque memorabilibus, tertius de ponderibus et mensuris, quartus de Graecis vocabulis ex fragmentis maxime excerptis, quintus de iis quae in prolegomenis et in commentario tractantur.

PELAGONII SALONINI

ARTIS VETERINARIAE

QVAE EXTANT

Scripturae quibus nihil adnotatum est codicis sunt Riccardiani n. 1179

R eiusdem codicis ab Angelo Politiano correcti lectione indicat (raro scripturam eius cui Politianus archetypun describendum mandaverat adponere utile visum est, *R*[1]

B fragmenta codicis olim Bobiensis nunc Vindobonensi 16 scripta saec. fere V—VI

H Hippiatricorum editio Basileensis a Simone Grynaeo confecta a. 1537

P Hippiatricorum codex Philipp. 1538 ex bibl. Meermann nunc Berolinensis membr. saec. X—XI

M Hippiatricorum codex Parisinus 2322 saec. XI excerptu a Millero

Col. Columellae librorum consensus } (editio I. G. Schneideri

Veg. Vegetii librorum consensus }

⟦ ⟧ includunt fragmenta codicis *B*

[ ] uncis quadratis quae comprehenduntur perperam adsun in cod. *R*

⟨ ⟩ uncis angulatis quae circumcluduntur supplenda censuimus

† cruce notavimus locos emendationem adhuc desiderante

* asteriscum adposuimus fragmentis dubiis

PELAGONIVS ARZYGIO SVO SALVTEM

⟨Cum⟩ frequentissime te equos laudare, amare semper vehementer admirarer — nec inmerito rem tam nobilem, rem omnibus gratam amare non desinis, siquidem Sol ipse dominus orbis, decus mundi, solo equorum ministerio contentus cotidie nobis aut cum ipsis aut per ipsos reddit optabilem lucem — imitarer quidem te et ipse, ut de ipsorum laudibus aliquid scriberem, si digna proferrem: nunc pauperem linguam nullus aut modicus sermo protelat, qui tamen tunc proferendus est, cum curas aut medicinas ipsorum loqui coepero. tu lauda qui potes, tu dignus sermone prosequere, mihi sufficit sanare quod amo contentusque sum me ex tua claritate florere. tibi enim quaeritur quicquid in nobis est, nobis enitet quicquid in te est. curas igitur et medicinas, quibus ut sanum et vegetum corpus in animalibus, praesertim in equis perseveret, iste liber loquetur: quem ut libenter suscipias, libentius legas deprecor. vale.

In hoc libro haec sunt medicinae

I Curae ad morbum omnem.
II Remedia ad maciem.
III Curae ad febrem.
IIII Curae ad armos.

---

1 ARZIGIO ‖ 2 cum *add. Buecheler Mus. Rhen. 45,333* ‖ 7 imitare ‖ 12 *expectes* digno ‖ 14 nobit enitet ‖ 18 EXPLICIT EPISTOLA

V Curae ad caput vel ad capitis dolorem et ad glandulas.
VI Remedia ad tusses omnes vel ad vulsos.
VII Curae ad strophum.
VIII Curae ad dysurian.
VIIII De laeso dorso et de pilo totius corporis.
X Ad eos quibus membra deficiunt et ad bulimum.
XI Curae ad flemina.
XII Curae ad suspirium.
XIII Curae ad hydropem vel ad splenem et ad tympaniticum.
XIIII Item de lumbis vel de renibus, coxis aut gambis.
XV Item de articulis vel de pedibus vel collo.
XVI Curae ad ozaenas.
XVII Ad opisthotonos.
XVIII De dentibus.
XVIIII Praecantatio ad equos hordiatos.
XX De muris aranei morsu vel de percussu phalangionis vel viperae.
XXI Curae et potiones ad colicos vel ad eos qui faeno malo laeduntur.
XXII De caudae mobilitate.
XXIII Medicamina ad robur.
XXIIII Ad eos qui sanguinem meiant aut cacant aut per nares mittunt aut vomunt aut si sanguis nimius per venam percussam exierit.
XXV De vulneribus vel de emplastris.
XXVI De scabie.
XXVII De lethargo.
XXVIII Potiones omnes et omni tempore necessariae.
XXVIIII De rabie vel de cursu lunae vel de insania equi vel de paralytico.
XXX Curae oculorum omnes.

---

2 glandolas ‖ 4 strofum ‖ 6 leso ‖ 10 tympaneticum ‖ 12 cambis ‖ 14 ozinas ‖ 15 opisthotonis ‖ 18 falangionis ut *R* (*fortasse* aut *ut infra*) ‖ 20 curae ad potiones et colicos ‖ 21 feno | leduntur ‖ 31 insanię qui

1 malagmas ‖ 3 tumor̃ *R*[1] tumuĩ *R ut videtur* ‖ 4 cossis *scripsi*: costis ‖ *subscr.* EXPLICIVNT CAPITVLA

PELAGONIVS FALERIO SVO

1 Equos circo sacrisque certaminibus quinquennes usque ad annum vigesimum plerumque idoneos adseverant, usibus autem domesticis a bimo usque in annum tricesimum necessarios esse apud diligentissimum dominum certissimum est. annorum notae cum corpore mutantur. nam dum bimus et sex mensum est, medii dentes superiores cadunt; cum quartum annum agit, iis qui canini appellantur deiectis alios adfert. intra sextum deinde annum molares superiores cadunt; sexto anno quos primo mutavit, exaequat. septimo omnes explentur aequaliter et ex eo dentes cavatos gerit, nec postea quot annorum sit, manifesto comprehendi potest nisi a subtilissimo et a diligentissimo homine. quaedam enim signa aetatis proprii corporis natura permisit, quae nos magis oculis comprehendimus quam legendo addiscimus. decimo tamen anno tempora cavari incipiunt et supercilia nonnunquam canescere et dentes prominere. duodecimo anno nigredo in medietate dentium apparet. sane domesticis pecoribus, id est domitis et freno adsuetis diligentia invenit, ut annos in labris comprehendas; rugas igitur a rostro incipientes numerabis, annos numerus rugarum ostendit. difficile est an et non domito pecori rugas invenias.

---

3 plerunque ‖ 6 annorum *Col.:* horum ‖ 7 mensum] *repetivit Politianus in margine* ‖ 8 his | apellantur ‖ 10 primos *Col.* | exequat ‖ 12 quod ‖ 13 suctilissimo ‖ 14 etatis propri ‖ 15 que | comprȩhendimus ‖ 22 numeros

Talem autem equum aut comparare aut e gregibus eligere philocalum dominum convenit, ut sit exiguo capite, nigris oculis, naribus ⟨apertis, brevibus auribus⟩ et arrectis, cervice molli lataque nec longa, densa iuba et per dextram partem profusa, lato et numeroso pectore, grandibus armis et rectis, musculis in toto corpore extantibus, lateribus inflexis, spina duplici, ventre substricto, testibus paribus et exiguis, latis lumbis et subsidentibus, cauda longa et non setosa quia abdecet, rectis cruribus, tereti genu parvoque neque introsum spectante, clunibus et femoribus torosis ac numerosis, ungulis nigris et altis et concavis, quibus coronae mediocres superimpositae sint. sic universum corpus compositum, ut sit grande, sublime, erectum, agile ab aspectu quoque et ⟨ex⟩ longo, quantum figura permittit, rotundum.

Mores autem laudantur, qui sunt ex placido concitati et ex concitato mitissimi. ⟨nam hi⟩ et ad obsequia reperiuntur habiles et ad certamina laboremque promptissimi. si volueris scire, an admissarius utilis progeneret vel an vere progeneret, semen eius digito contactum ut filum ducito: quod si aliquantulum duraverit incorruptum, utilem admissarium Hipparchus adseverat; si statim fuerit ruptum vel non ut viscum digito haeserit, inutilem dicimus minimeque admittendum.

I. Ad morbum omnem.

PELAGONIVS FESTIANO

Congruum est etiam medicinas aut potiones quibus morbi expellantur, addiscere. morbos plerumque equi concipiunt aut lassitudine aut aestu aut frigore aut fame

---

2 filocalum ‖ 3 ⟨ ⟩ *restitui ex Colum.* ‖ 4 iuua ‖ 5 nūso ‖ 6 masculis ‖ 9 quia abdecet] quam addecet *Sarchiani* ‖ 10 introsum expectante ‖ 12 sic *Colum.*: sit *R* ‖ 16 concitatis ‖ 17 nam hi *addidi ex Colum.* | repperiuntur ‖ 19 utiles progñet ‖ 20 progñet ‖ 21 quod si *scripsi:* qui ‖ 23 uis eū (*corr. in marg.*)

aut ⟨si⟩, cum diu steterint, subito ad cursum fuerint stimulati, aut si suo tempore urinam non fecerint, aut sudantes et a concitatione statim biberint. quibus remedia haec a maioribus profuisse accepimus et facientes nosmetipsi experti sumus.

5 Ad omnem morbum, Gallicani v̅.̅ c̅. cons̅. to diapente: gentianae, aristolochiae, bacarum lauri, murrae, rasurae eboris. omnia haec aequis ponderibus tunsa et cribrata adunantur et pulvis confectus reponitur et in necessitate profertur et datur sic: cocleare grande plenum vino mixtum faucibus cotidie infunde, cum necessarium erit. certissimus et salutaris pulvis est.

6 Ad morbum, Litori Beneventani c̄. v̄. primo depectorandus est, deinde inter coxas deplendus est, sed [et] si necessitas fuerit, et detemporandus. cibum debebit accipere multiplicem id est hordei farinam, seminis farinam id est far cantabrum, faeni modicum. et facies potionem huiusmodi, quam dabis per nares: centauream, absinthium, peucedanum aequis ponderibus decoquis in vino sufficienti et dabis per nares.

7 Item aliud. cucumerem silvaticum teris aut radices ipsius contundis et cernis et cum vini sextariis III commisces et nitri triti et creti unc. semis. simul omnia diligenter teris et inde potionas diebus quinque. praeterea pulverem de radicibus cucumeris silvatici vel ipsum cucumerem tritum in aquam mittis, quam poturus est qui patitur morbum.

8 Item pulvis Optati faciens ad morbum et ad omnia. libram herbae Sabinae, trixaginis unc. III, centaureae unc. II, aristolochiae unc. IIII, bacarum lauri unc. II, murrae unc. IIII: omnia contundes et cernes et in

1 si *addidit Sarch.* ‖ 6 v̅.̅ c̅. cons̅. to diapente *scripsi:* uno̅ cons̅ stodia pente ‖ 7 myrrae ‖ 9 adunatur ‖ 11 nc̑cium ‖ 13 Beneventani c. v. *scripsi:* beneuentanicu ‖ 16 multiplice ‖ 17 feni ‖ 18 absintium ‖ 19 equis ‖ 22 contundes | sextarios | III *R* *s'HP* ‖ 23 unč. semis] *οὐγγίας* ξξ *H* *οὐγκίας* ξξ *P* ‖ 24 preterea ‖ 25 saluatici ‖ 29 trexogonis ‖ 30 baccarum ‖ 31 myrrae

pulverem minutissimum redigis et, cum necesse fuerit, cocleare unum grande plenum cum vini sextario faucibus infundis.

9 Item aliud ad morbum, Caystri Siculi mangonis. radices ebuli et radices urticae aequis ponderibus liquamine infusas in mensuram trium ovorum triduo infundes. facies inde colatum per linteolum, naribus mensura unius ovi mittes per triduum.

10 Item aliud ad morbum articularem. sanguinem de omnibus articulis detrahito et vite alba articulos circumdato et pice liquida articulos circum unguito, et frequenter deambulet et cibo abstineto; hordei sane triti et cribrati mittas sext(arios) IIII cum cucumere silvatico. satis prodest.

11 Ad morbum regium. intellegitur autem morbus regius [sic] ex oculis vel maxime, nam aut sulphurei aut felliti admodum sunt. haec valetudo vel causa morbi ex abundantia fellis nonnunquam evenit. curabis sic: asparagi silvatici radicem contundes et in aquae congium mittis et ad tertias decoquis et per cornu naribus infundis et patieris equum diutius suspensum durare. quod si maior causa exegerit, addis ad potionem suprascriptam liquaminis summi cyathos III.

12 Ad morbum. si coeperit de incertis pedibus claudicare vel pedes intumuerint, periculosissima quidem res est, curatur autem sic: sanguis de utraque parte cervicis mittitur, ut usque ad summam fatigationem deducatur animal, post uvam lupinam cum melle et aqua cisternina dato usque ad sanitatem.

13 Item aliud. primi liquaminis calicem plenum in nares mittito, ut quam validissime soporetur, frigido etiam loco stabuletur. coriandri sane et cucumeris agrestis folia et radices et mellis quod satis est, cum vino dato, post porri suci acetabulum plenum faucibus infundito; offas

---

2 cocliare ‖ 4 Caystri] *Πιστηρίον HM Πιστιρίον P* ‖ 15 intelligitur *ita semper codex* ‖ 16 maẍ ‖ 23 cyati ‖ 25 intumuerũt ‖ 34 suco

etiam impares dabis, ervi farinam vino sparsam per triduum, fabae fresae hem(inam) bene tritae cum vino optimo, ut pridie eam infundas et alia die conteras, adicies et mellis aliquid et butyri aequis partibus: cum vino tepido dandum est.

14 Item ad morbum. cum coeperit iumentum claudicare modo de prioribus, modo de posterioribus, primum corpus eius perunguito oleo et vino et potiona hac potione decocta: argivi unc. III, centaureae unc. V, [in alio sic: centaureae unc. VI] scopae regiae unc. I, serpylli unc. VI, hyssopi unc. III, trixaginis unc. I, artemisiae odoratae unc. I, trifolii acuti unc. I, rutae silvestris radicis unc. VI, hieraebotanes unc. III, vettonicae unc. III: omnia mulsa decoque et potiona.

15 Ad umores morbi articularis. sanguinem de articulis detrahito, creta cimolia in aqua vel lotio infusa, aceto permixta, cum bubulo stercore et cymino, quod satis erit, mixto et cum sinopide loco imponis. sanus fiet.

16 [Et] ad morbum articularem. cariotae unc. V, silis Gallici unc. X, casiae <unc. III>, nardi unc. III, herbae chamaepityis unc. III, vettonicae unc. VI, iris Illyricae [sil] — III, piperis albi unc. III, murrae <unc.> I, abrotoni — X, marrubii unc. III, santonici — III: haec omnia colata cum vino et diligenter trita et cribrata dabis.

17 Sin autem articuli obdurauerint, scito eum elephantino morbo laborare. curabis sic: sanguinem de tumoribus detrahe, potionem dabis sic: coquis tisanam cum catulo brevi, post triduum sanguinem de matrice detrahe et

---

1 inpares | herbi ‖ 2 hem. frese ‖ 3 infundes ‖ 4 buturi ‖ 11 hisopi | trixagonis ‖ 12 trifoli | radices ‖ 13 hieraebotanis ‖ 16 cemolia | totio ‖ 18 synopi de | inponis ‖ 19 cariotae] *σταφυλίνου H* ‖ 20 silis Gallici] *ἀγαρικοῦ H* | casiae naro *R* *κασσάμου γō γ΄ νάρδου H* ‖ 21 emmepitys | trissillyricae sil — III *R* *ἴρεως ἰλλυρικῆς γō α΄ θρύου φύλλου γō γ΄ H* ‖ 22 myrrae I *R* (*om. H*) | ambrotoni ‖ 23 marrubi | sardonici *R* *σανδανίκου H* ‖ 26 eum] *an* equum? | elefantino

potiona suco faeni Graeci cum melle, et iterum sanguinem de articulis detrahe, potiona pulvere quadrigario.

Item pulvis Pelagoni apopiras. ciconiam quae adhuc **18** non stat, sed tamen quae iam plumulas habet, vivam 5 mitte in caccabulum fictilem et gypsa et in furnum mitte. inde cum fuerit pulvis factus, id est cum fuerit tosta, in mortario tere et pulverem [et] repone in olla vitrea et cum necesse fuerit, cocleare sed grande plenum cum vino Afro faucibus infunde, quamdiu sanus sit. certissi- 10 mus et salutaris pulvis est.

Item aliud. cucumeris silvatici radices contundes ad **19** sext. III et infundes in aquae sext. IIII ante pridie et agitas quam diutissime et colas et sic commisces nitri Alexandrini tunsi et creti ⟨unc. XVI⟩ et das diebus 15 septem. cum defuerit, aquam iunges et sic bibat: per cornu faucibus infundes.

Item aliud. seminis cucurbitae Alexandrinae aceta- **20** bulum unum frigis et tundis et cernis et misces vini veteris albi ad cornua duo et agitas diu et postea colas 20 et sic per dexteram narem diebus quinque ⟨infundis⟩.

Item ad morbum, Columellae auctoris. evincendi sunt **21** quamvis pestiferi morbi et exquisitis remediis propulsandi sunt. panacis et eryngii radices feniculi seminibus miscendae et cum fricti ac moliti tritici farina candenti aqua 25 conspargendae eoque medicamine salivandum est aegrum pecus. tum paribus casiae murraeque et turis ponderibus ac tantundem sanguinis marinae testudinis miscetur potio cum vini veteris sextar. III et ita per nares infunditur. sed ipsum medicamentum ponderis sescunciae di- 30 visum portione aequa per triduum dedisse sat erit. prae- **22** sens etiam remedium cognovimus radiculae, quam pastores

---

8 cocliare ‖ 14 ⟨ ⟩ *restituit Eichenfeld ex H* γō δεκαέξ ‖ 20 infundis *scripsi:* ἔγχει *H* dabis *Sarch.* ‖ 21 culumellae *(in margine repetit. legitur)* ‖ 22 quanuis ‖ 23 eryngis ‖ 25 conspargenda | saluandum *(in margine repetivit Politianus)* ‖ 26 tum] tunc *Col. (sed* tum *editio Bruschii)* | cassiae myrraeque ‖ 29 sescuntiae

consiliginem vocant. ea ⟨in⟩ Marsis montibus plurima nascitur omnique pecori maxime est salutaris. laeva manu haec foditur ante solis ortum, sic enim lecta maiorem vim creditur habere. usus eius traditur talis. aenea fibula pars auriculae latissima circumscribitur, ita ut manante sanguine tanquam O litterae ductus appareat. hoc et intrinsecus et ex superiore parte auriculae cum factum est, media pars descripti orbiculi eadem fibula transuitur et facto foramine praedicta radicula inseritur; quam cum recens plaga comprehendit, ita continet, ut elabi non possit. eadem inde per auriculam omnis vis morbi pestilentiaeque virus elicitur, donec ea pars quae fibula circumscripta est, demortua excidat. Cornelius Celsus etiam visci folia cum vino trita per nares infundi iubet. haec facienda, si gregatim pecora laborant; illa deinceps, si singula.

23 Item potio Aemili Hispani mangonis ad morbum articularem. ex necessitate sanguinem de pedibus detrahe, inde murrae troglitis — IIII, croci selib., [sale lib.] centaureae scrp. IIII, spicae Indicae ⟨unciam⟩, piperis albi sem., apii seminis coclearia quinque, meconii —, propolis —, mellis sext. et nitrum in se conteris et reponis; inde magnitudine nucis Abellanae cum aquae tepidae sextario dabis.

II. Ad maciem.

PELAGONIVS FESTIANO SVO AIT

24 Equos tuos sanos quidem, sed satis macilentos frequenter inspexi, quibus ut adhibeas talem diligentiam

---

1 ⟨in⟩ *om. plerique Columellae libri* ‖ 2 leua ‖ 3 haec foditur] effoditur *Col.* ‖ 6 orbiculus *quod vulgo legitur post* appareat *om. multi Columellae libri* ‖ 7 superiori ‖ 8 figula ‖ 9 predicta ‖ 10 quantum | ita] ip̃a ‖ 11 in eam deinde *Col.* (*κἀκεῖθεν διὰ τοῦ αὐτοῦ ὠτίου M*) ‖ 14 visci] eius (*in marg. corr.* ipius) *R* *τῆς αὐτῆς βοτάνης M* | infundere *Col.* ‖ 15 segregatim ‖ 17 aemuli *R* *αἰμιλίου H* *ἀμιλίου M* ‖ 19 centaurae ‖ 20 *νάρδου στάχυος ἰνδικῆς γō α′ H* | *piperis pondus γō γ′ H* ‖ 21 sem. coclerea | meconi *R* *μήκωνος H* ‖ 27 macillentos

diligentissimum dominum monemus, quod etiam Cappadoces facientes corpora equorum et nutriunt et augent. nam haec quae infra ostendimus, ipsi Cappadoces brecta appellant, quae sunt talia. hordei modios III, fabae
5 sext. VI, tritici sext. VI, ciceris sext. VIIII, faseli sext. VIII, ervi sext. IIII, faeni Graeci sext. III, et si volueris uvae passae et nuclei sextarios singulos: de his omnibus facis modium et pridie in aqua munda eundem modium infundes, mane paululum se subsiccet et inde equus
10 semodium accipiat et sero semodium. hoc cotidie simili diligentia facere curabis. si sane satis macilentus fuerit, eum diebus triginta clausum in stabulo calido habebis, ita ut intus bibat et sic accipiat. sin autem non adeo est macilentus, viginti et uno die similiter stabuletur.
15 sane si post diligentiam suprascriptam satis fuerit pinguis et ne pinguedo noceat, sanguis de matrice tollatur, ne nimia pletura adferat necem.

Aliud quod pauperes sed diligentes facere possunt: 25 triticum torrefactum mixtum aquae mulsae, diurnum mo-
20 dium castrensem praebebis diebus ultra viginti vel quot volueris.

Sane cui pellis aruerit et cibum non sentit — 26 quod genus passionis mulomedici coriaginosum appellant, contingit autem nimio labore —, perunguen-
25 dum est oleo primum rutato, ita ut omne corpus perunguas, et hac postea potione sanabis: cariotae, tracanthi, rutae silvaticae, nepetae montanae uncias singulas, apium, melilotum, absinthium Ponticum cum vino et aqua calida dabis. omnia suprascripta cum aqua coquis et
30 sic post cum vino dabis.

---

3 brecta] abrepta *R* (*corr. Eichenfeld*) ‖ 5 faselis ‖ 6 herbi ‖ 12 clasum ‖ 14 macillentus | viginti et uno die] *ἐπὶ ἡμέραις κ' H ἐπὶ ἡμέραις εἴκοσι P* (*sed Apsyrtus Hipp. 300 ἡμέρας ἑξῆς κ' καὶ α'*) ‖ 15 pingues ‖ 20 prebebis | quod ‖ 22 pelles auerti *R δέρμα καταξηρανθῇ H, inde corr. Eichenfeld* ‖ 27 uncias singulas] unc. s. *R ἀνὰ γō α' H 186 ἀνὰ γō αs' H 276* ‖ 28 mellilotum absenthium ‖ 29 callida

27 Aliud, quod apud Tuscos amatores asturconum ego didici. gramen quod in terra nascitur, id est radicinas ipsas, quas plerumque aratrum evertit, collectas quantas volueris et lotas diligenter cum hordeo et cum paleis minutis dare cotidie convenit. nam et equis aetate adhuc 5 minoribus praebere eundem cibum utilissimum est.

28 Aliud. lupinos coctos, sed satis dulces, ita ut et homo manducet, ad satietatem comedendos equo praebeto. accipere autem ultra modium cotidie debebit. si autem dulces lupini non fuerint, strophum faciunt et dolore ipso 10 maciem.

29 Aliud. castaneas furnatas, tostas et tunsas in pilo cum hordeo praebeto, ita tamen ut nec satis minutae sint castaneae nec rursus integrae.

30 Haec omnia hieme facere convenit. posteaquam re- 15 ceperit integrum corpus, abstineas suprascriptis cibis: tunc faba et hordeo puro nutriendus est. custodiendum est sane, ut integra corpora praesertim in equis perseverent, quae hoc modo custodiemus, ut cotidie manibus multorum fricetur; ac multum prodest pressa manu subegisse terga 20 equi, quam si largissime cibos praebeas. multum autem refert robur corporis ac pedum conservare, quod utrumque custodiemus si idoneis temporibus ad praesepia, ad aquam, ad exercitationem pecudes duxerimus; aut si iter fecerint et frigus sustinuerint, frigori fomenta ad- 25 hibeantur et calefacto oleo lumbi rigentur caputque et spina tepenti adipe vel uncto linantur. si urinam non fecerit, plurima in hoc libro invenies remedia. lassitudini autem et labori quies remedio est, ita ut molliter cubet et in fauces oleum vel adeps vino mixta infundatur. si 30

---

4 totas *R* (*πλύνας M*) tostas *sive* lotas *proposuerat Sarchianius* ‖ 6 prebere ‖ 8 prebeto ‖ 9 modum ‖ 10 strofum ‖ 13 prebeto ‖ 14 castanae ‖ 16 abstineas ss. *scripsi:* adhibeas sēse *R* ‖ 18 presertim ‖ 20 multum] saepe plus *Col.* multo plus *coniecit Sarch.* ‖ 21 prebeas ‖ 22 servare *Col.* ‖ 23 custodimus *R* custodiemus *Col.* | presepia ‖ 26 *notaveram ex codice* rigentur *sive* ugentur ‖ 27 linentur

aestus fuerit passus, posca cum puleio nares et faciem foveto et ova tria cum vino faucibus infundito. ante omnia sane curae tibi sit, ut stabuletur sicco loco; umore enim madescunt ungulae, quod facile vitamus, si aut 5 stabula roboreis axibus constrata aut diligenter subinde mundata fuerint.

Item si omnis diligentia adhibita fuerit et cibaria lar- **31** gissima suppeditent et nihilominus adtenuatus sit equus. etiam hoc scire te convenit, quod frequenter equi per 10 noctem Fatuo ficario vexantur, unde et dolore turpissimo afflicti et frequenter inquietati adtenuantur. cui succurrendum hoc modo Cornelius Celsus iubet, ut ossa canina combusta et contusa cum axungia veteri commixta offas impares cum vino faucibus mittas diebus octo, et locum, 15 in quo sunt, sulphure, vino et carbonibus purifices. erit salutare remedium.

Item potio incomparabilis Columellae. macies aut **32** languor submovetur saepius data potione, quae recipit semunciam sulphuris ovumque crudum et murrae pondus 20 denarii. haec trita vino admiscentur atque ita faucibus infunduntur. sed et tussi et dolori ventris eadem ista medentur.

III. Ad febrem.

PELAGONIVS ARZYGIO SVO

25 Febricitantis signa sunt caput in terram demissum nec **33** elevare altius cervices poterit, oculi erunt aliquanto tumidiores et labra laxiora; tunc crebra suspiria, tractus iliorum graves et flatus calidi. similiter et omne corpus calidum, testibus etiam laxioribus, nec non crura tar-

---

1 pasca (*in marg. manu Politiani* posca) ‖ 3 sanae ‖ 5 robureis | constructa ‖ 7 fuerint ‖ 11 inquietate ‖ 14 inpares ‖ 18 summovetur ‖ 19 semuncia ‖ 20 denari | trita] tria *R et pars codd. Colum.* ‖ 23. 24 *inverso ordine in cod. leguntur* ‖ 24 ARZIGIO ‖ 25 dimissum ‖ 27 illorum grauis ‖ 28 callidi ‖ 29 callidum | laxioribus] laxior ibi

diora, nec ducenti obsequitur sed invitus trahitur, nec se volutare poterit sed in latere iacebit. evenit autem plerumque febris aut nimio labore, id est cum cursu agitur et post cursum non competentibus cibis aut potionibus curatur; aut frigore, cum diligentia congrua post frigus non adhibetur; aut nimio aestu aut cruditate, frequentius autem hordeo novo contrahitur.

84 Febres autem curantur sic. sanguis de temporibus mittitur et de facie et ab omni cibo abstinetur. tantum potum praebendum esse iubeo moderate et alia die deambulet sensim et stabuletur calido loco. si temporis opportunitas patitur, herbis viridibus recreandum est aegrum pecus; si tempus in hieme est, faenum et hordeum et tisanam praebere utilissimum est. plerumque autem etiam cum non febricitat, signa in ipso eadem invenies, id est gravatam cervicem, caput ad terram demissum, recumbere in latere. hordeum praebeto: si adpetierit, sine febre est. de labore vel de ostocopo talia eveniunt. si autem febriat, et hordeum recusat et anorectus plerumque est et tristis, solum tamen potum requirit; febris autem triduo si perseveraverit, moritur. qui autem aut tactu auriculae aut venae quae in latere est sub armum, putant se posse febrientem intellegere, verae rationis ignari sunt, quia nec ostendunt se de venis intellegere febrientem. ei tamen qui de labore vel de ostocopo supradicta signa habuerit, sanguinem detrahere contrarium est, quia et labore fatigatus et sanguinis emissione exhaustus sine viribus fit. febrientem utilissimum est sanguinare, quia et leviora sentit suspiria et venae ferro relaxatae recipiunt citius sanitatem.

85 Ad febrem interiorem discutiendam: tracanthi <—>, hormini seminis — II, rossyriaci optimi — II, piperis

2 plerunque ‖ 10 prebendum | die dedeambulet ‖ 11 callido | oportunitas ‖ 14 prebere | plerunque ‖ 16 dimissum ‖ 17 prebeto ‖ 19 plerunque | tristes ‖ 20 febres ‖ 21 tactum ‖ 22 que ‖ 23 intelligere uere ‖ 24 uenis, *ut fuerit in archetypo* ueris ‖ 29 relaxate ‖ 31 *τραγακάνθης γō μίαν H* ‖ 32 horminiis semen

albi —, passi sext. II, opopanacis — III, lini seminis — II s., murrae troglitis — IIII, trixaginis — VIII, mali terrae — VIIII, bacae lauri < — > IIII s., turis masculi — III s., piperis nigri — II s., gentianae — III . . . . .

5 Si equus febrierit aut macilentus fuerit vel si quid **36** intus doluerit, mannae turis — II s., iris Illyricae selib., piperis —, bacae lauri —, apii seminis —, cum passo potionabis.

Ad febrientes omnes equos. febrienti sanguinem aut **37** 10 de palato aut de matrice detrahe; inde hyssopi lib., abrotoni selib., lactis caprini sext., amuli quantum aestimaveris, olei boni — III, et herbam urceolariam conteris et sucum eius expressum ceteris misce et per cornu faucibus infundes. erit salutaris potio.

15 Potio alia. lactis asinini sext., olei cyathos II, croci **38** scrp., murrae scrip. II, apii seminis coclearium plenum: haec terito bene et dato cum lacte et oleo, et farinam triticeam cum aqua tepida hieme, aestate farinam hordeaciam cum aqua frigida dato. si ilia tensa habuerit 20 et non desinet febris, necesse est eum inuri et usta curari.

Item aliud. lactis caprini hem., amulum et ova **39** n. IIII, olei cyathum, herbam urceolarem conteres et sucum eius cum ceteris rebus misce et potiona per dies 25 sex. sanabitur.

Unctiones ad febres. rosae selib., olei veteris lib., **40** aceti heminas III, olei Cyprini lib. s., portulacao et nucis

---

1 *ἐψήματος λίτρας δύο H* | ypopanacis | lini] *σελίνου H* ‖ 2 trexogoni — VIII *R* *χαμαίδρυος γō ϑ' HP* ‖ 3 malum | — VIIII] *γō γ' H* *γō τρεῖς P* | *bacam lauri om. HP* ‖ 4 — III s.] *γō τέσσαρας HP* | *πεπέρεως μέλανος γō β', γεντιανῆς τὸ ἥμισυ* (*γō τὸ ἥμισυ P*) *ταῦτα πάντα συγκόψας κατάχρισον ὅλον τὸ ζῷον HP* ‖ 5 macillentus ‖ 6 manne | *μάννης γō β' λιβάνου οὐγγίας ϛϛ' H* (*λιβάνου γō ϛc P*) | selib. — ‖ 7 sem̃ — ‖ 10 ysopi ‖ 11 habrotoni | caprinis ‖ 12 urciolariam ‖ 13 cornum ‖ 15 quiat. II. ‖ 16 myrrae | sem̃ cocliarium ‖ 19 ilea ‖ 23 cyat | orciolarem ‖ 26 *ῥόδων λίτραν μίαν HP* ‖ 27 hem N̄. III *R* *λίτραν μίαν ἥμισυ HP* heminas III *Veg.*

amarae selib., mentae et rutae quantum sufficit, teres et uteris.

41 Si equus febrierit, ex necessitate sanguinem detrahas, et potionas sic: gentianae selib., aristolochiae — IIII, hyssopi — II, absinthii — II, abrotoni — II, caricarum selib., apii seminis selib.; rutae fasciculum in caccabo sed pleno cum aqua decoques ad tertias. cum videris nigrescere, coctum est. inde hem. cum ceteris suprascriptis misceto et per cornu in fauces infundito et hordeo abstineto.

42 Potio simplex ad febrientes equos. faeni Graeci sucum bene coctum cum apii fasciculo et rutae et meliloto, hyssopo, cum melle per cornu dabis.

IIII. Curae ad armos.

PELAGONIVS FALERIO SVO

43 Si armos laeserit aut sanguinem demiserit, medio fere in utroque crure venae solvantur et turis polline cum eo qui profluit sanguis, inmixto armi linantur, et ne plus iusto exanimetur, stercus ipsius iumenti fluentibus venis admotum fasceis obligetur. postero quoque die ex iisdem locis sanguis detrahatur et eodem modo curetur hordeoque abstineatur exiguo faeno dato. et post triduum deinde usque in diem sextum porri sucus instar trium cyathorum mixtus cum olei hem. faucibus per cornu infundatur. post sextum diem lente incedere cogatur, et cum ambulaverit, in piscinam mitti convenit, ita ut natet. sic paulatim firmioribus cibis adhibitis ad sanitatem perducitur.

---

1 amare ‖ 3 detrahẹs *R*[1] detrahe͂s (a superscr.) *Polit. manus* ‖ 5 ysopi | absinthi | habrotoni *R (om. H, habet P)* | σύκων γō β′ *HP* ‖ 9 cornũ ‖ 11 api | ysopo ‖ 13. 14 *inverso ordine in codice leguntur* ‖ 15 leserit | dimiserit ‖ 16 pollinẽ ‖ 17 sanguine *Col.* | inmisto | armilianuantur ‖ 18 exanietur ‖ 19 ad modum | quoque] que | hisdem ‖ 23 mistus ‖ 24 incedere] ingredi *Col. et Veg.* ‖ 25 demitti (*vel* dimitti) eum conveniet *Col.* ‖ 26 adhibitis] adiutus ad iusta perducetur *Col. vulg.* (adhibitis *Sangerm.*)

Item aliter. si leviter doluerit, vino et oleo perun- 44
guito; nam si validius dolet, ventum in armum mittito
et pertundito a summa iuba infra digitos octo, ne car-
tilaginem tangas. cum inflaveris, virga molli armum cae-
5 dito et sale et oleo confricato ipso die, et postero die
tracta uteris, cuius haec erit compositio. simulae sext.
II, si non habueris, pollinem triticeam, cum aceto
et cum ovis duobus, sed de ovis album per se mitte,
adicito et turis — s.: haec omnia manu subigito et
10 armo inducito et per dies multos armum aqua calida
foveto, ut madefiat. cotidie tractam imponito, inde vino
puro armum foveto, et bacae lauri selib., olei sext.,
nitrum etiam et bacas contundito et cribro minuto cri-
brato et in unum omnia suprascripta misceto, ante tamen
15 aqua calida armus perfundatur et in sole suprascripto
medicamine curetur, inde synchrismate, et si [fuerit ne-
cesse aut] eiecerit ex more ad rotam [et necesse ex more
ad rotam] armum reponito et suprascriptis medicaminibus
curato. si non profuerint, ultimum est ut inuras.
20 Unctio ad armorum dolorem. aphronitrum, vinum, 45
oleum, passum, axungiam, bulbos in se universa permisces
et inde armos perfricas.

Calefactio ad armos. bacarum lauri lib., nitri lib., 46
sulphuris vivi — III, picis liquidae sext. II: omnia bene
25 tunsa vino et oleo permisce et uteris.

V. Curae et medicamina quaecunque in capite possunt esse.

PELAGONIVS FALERIO SVO

Capitis dolorem indicant lacrimae et aures proiectae 47
30 et cervix ad terram demissa et facies incerta. huic san-
guinem de ore detrahe et da potiones, quae ventrem

---

4 cedito ‖ 6 tractam *R*[1] tractā *R* ‖ 8 per se] PERSE *Politianus in marg. repetivit* ‖ 11 inponito ‖ 13 crebrato ‖ 15 callida ‖ 20 afronitros ‖ 24 vivi] uini ‖ 26 capuṭ ‖ 30 dimissa

moveant. si tumor fuerit, plerumque periculum adfert curari debet iis potionibus, quae ventrem movent; similis est enim cura iis qui hordiantur. sin autem ventris fluxus cito steterit et oculi albi fuerint, nihil mali evenit; oculos tamen cura.

48 Ad capitis gravedinem. ante omnia purgandum est caput, purgandum autem hoc modo: inulam, euphorbium, turis pollinem vino decoque et sole calido naribus infundito. post modicum olei rosacii aliquantulum, propter vim medicaminis, in nares mittito.

49 Ad dolores auriculae. aceti acris aliquantulum cum oleo veteri et cum aphronitro in aurem mittito; aut vermiculos, porcelliones qui appellantur, cum butyro et rutae uno fasciculo in oleo ferveant, et cum tepuerint, in aurem mittito; aut adipes gallinae percolatas cum nardo in auriculas mittito.

50 Sin autem cerebrum commotum habuerit, diligentius sanari debet, ne periculum adferat. signa tunc in ipso haec erunt: perversus ambulabit pedibus incertis et interdum cuilibet aut stipiti aut iacentibus lapidibus pedes offendit coxamque contrahit. si mula erit, iungatur artius iugo, ita ut sudore et labore omnis dolor discutiatur, ut post laborem melius curetur. curabis autem his: bacas lauri numero XX et nitri lib. terito minute et rutae manipulum viridem cum aceto, et oleo laurino tepefacto perunguito caput medium inter aures et lanatam pellem madentem his medicaminibus pro cerebellari superimponito.

51 Item aliud. farinam hordeaciam mixtam resinae durae imponito. curare autem debes, ut reliqua pars corporis aliis potionibus nutriatur. cancros fluviaticos tunsos et mixtos lactis caprini sext. et olei cyatho colato ⟨et⟩ per os infundito. si parum cancri vel lac suppeditaverit,

2 his ‖ 3 his ‖ 6 grauidinem aũ os̄ ‖ 7 innulamvforbiũ ‖ 8 callido ‖ 10 Adoleres ‖ 12 afronitis ‖ 18 tunc *Sarch.* tñ (*h. e.* tamen) *R* ‖ 19 ambulauit ‖ 24 numero] nn̄o | minutae ‖ 27 super inponito ‖ 28 mistam ‖ 29 inponito ‖ 30 καρκίνους ποταμίους ἑπτά *HP* tres fluviatiles cancros *Veg.* ‖ 31 mistos | cyato

aquam mulsam facito de mellis cyathis III, piperis albi p. I, croci scrip., apii seminis scrip. II: haec conterito et dato per os.

52 Ad capitis purgationem. malum terrestre legis et
5 findis in multas partes et contra solem aut in furno siccas et tundis in pilo marmoreo diligenter et cernis et inde caput purgas.

53 Item aliud. farinam hordeaciam cum pastillis, qui suprascripti sunt, per aestatem, si per hiemem, cum fa-
10 rina triticea eodem modo dabis.

54 Item si aures doluerint, diligentius curato, ne ⟨in⟩ insaniam convertatur. ante omnia debes diligenter aures purgare, ne quid intrinsecus sit, quod aut dolorem faciat aut laedat. si nihil horum inest, spongiam mollem nitro
15 et aqua maceratam in auriculam mittito et una nocte eadem spongia in auricula perseveret. postero die foveto aurem nitro et aqua calida, usque cum dolor elimetur.

55 Item si aqua fuerit in aurem ingressa, oleum vetus et acetum aequis ponderibus adiecto nitro in aurem
20 mittito et lanam superimponito. si vulnera erunt, lipara curantur.

56 Si equus glandulas habuerit inter maxillas, eximito ferro. si necesse fuerit, et urito, ustum curato sale et oleo diebus octo; inde nitro et aqua diluito, si nitrum
25 non fuerit, lotio calido aut lixivo. post vinum cum oleo et farinam de ervo imponito per triduum, inde vino et farina hordeacia curato usque ad sanitatem.

57 Si parotides habuerit in faucibus vel tubercula apparent, fomenta imponito, ut et maturentur et aperiantur,
30 et cum aperuerint, linteola minuta cum oleo et aceto vulneribus imponito, usque cum pura sint et munda. inde Lycio et medicamine suprascripto curato, et cum ad

---

1 cyat. III ‖ 5 findes ‖ 7 cernes ‖ 8 pastellis ‖ 14 ledat | nitro et aqua maceratam] *μέλι καὶ νίτρον καὶ ὕδωρ διυλισθέν H* ‖ 17 callida | dolore limetur ‖ 20 super inponito ‖ 26 herbo ‖ 27 farinã hordeaciam ‖ 29 inponito ‖ 31 inponito ‖ 32 licio

sanitatem eadem vulnera pervenerint, de malis granatis siccis pulverem facito et spargito. sanabis.

58 Si caput a pletura aut a perfrictionibus plenum habuerit, sanguis aut de temporibus aut de ore emittendus est et cretae duas partes et unam partem calcis vino austero temperabis et calidum capiti impones.

59 De umoribus narium, qui a quo loco exeant ut facile intellegamus. muccus limpidus cotidianus est nec te terreat; crassus candidus a cerebro; rubeus tenuis frigidus a perfrictionibus veteribus; caeruleus levis ab interioribus, qui febres indicat; crassus spumosus a pulmonibus, qui suspiriosos ostendit; faecaceus spissus a glandulis. haec sunt quae maxime observare debemus et memoriae tradere.

60 Equus si cerebrum percussum habuerit, hinc intellegere poteris: spasmos repente patietur, horret, timet, cibum, hordeum recusat, totus in priorem partem se tendit. utilissimum est sanguinem de temporibus mittere et spongiam Afram maceratam aequis partibus rosa et aceto capiti imponere et cibos virides praebere. si nec cibos virides appetierit, fabam molitam cum farina triticea et aqua mulsa per cornu in fauces infundito, quamdiu cibos virides appetat, quos aqua salsa macerabis.

61 Si equus glandulas habuerit, farinam hordeaciam cum aqua mulsa et resina et axungia calidam impones, donec foras erumpent; et si vulnera fuerint, traumatico curabis, et si parotides fuerint, similiter curabis.

62 Ad capitis pondus et si per nares satis mittit, potionabis hac potione: sinapis acetabulum cum mellis acetabulo diligenter teres et cum vini hemina potionabis diebus novem. salutarem dicunt.

63 Si cui equo in naribus cartilago fuerit rupta et sanguis nimius eruperit et abstineri non potest, spongiam

---

3 perfictionibus (*corr. Sarchiani*) ‖ 5 *κρητaρίον μέρη δύο καὶ ἀκακίας παλαιᾶς HP* ‖ 6 austere | callidum | inpones ‖ 7 qui a] quia | ut] et ‖ 9 grassus | perfectionibus ‖ 10 lenis ‖ 12 fecaceus | grandulis ‖ 18 rosa] *fortasse* rosacio (*μετὰ ὄξους καὶ* [illegible] *υ M*) ‖ 19 prebere ‖ 22 falsa (*sic*) ‖ 24 calidam

cum aceto et turis polline imponito, quamdiu vulnus fiat; vulnus autem traumatico curato.

Ad parotides. cataplasmabis triticea polline, resina et 64 aceto et axungia. postea cum maturuerint, exsecato.

5 Item sanguinem de palato cum tuleris et supprimere 65 eundem sanguinem non potes, spongiam frigidam imponito et caput et os et renes et testes aqua frigida foveto. si †edere non potuerit, acaciam nigram, turis pollinem aequis ponderibus aceto acri temperabis et toto capiti 10 superimponis.

Si equo lingua incisa fuerit. linguam consuito, irin 66 pinsitam melle subigito et imponito et vino lavato eo die, et si perseverat, usque ad sanitatem.

Unctio capitis. rosacium, castoreum, nuces amaras, 67 15 rutam viridem aceto commisce et sic utere.

Item ad strumam et parotidas. cerae dragmas XXVIII, 68 resinae terebinthinae dragmas XXVI, <mellis dragmam I,> galbani dragmas IIII, hammoniaci dragmas XIIII, olei aestate cyathos VI, hieme olei cyathos VIII.

20 Item si dentes aut gengivae doluerint equo, hordeum 69 integrum devorat et corpus attenuat. tunc gengivae intumescunt et salivae defluunt. tu diligens, ne quid diligentiam subterfugiat, etiam hoc curare de[resinae terebentinae dragmas XXVI, mellis dragmas... galbani dragmas IV 25 et, pondus autem mellis non inveni, quantum mittendum sit]bes: cretam cum aceto acerrimo misceto et calidam in maxillis imponito diebus sex et ter in die melle et mali granati cortice tunsa gengivas perfricato.

Ad glandulas. axungiam veterem cum alio purgato et 70 30 simul tunso diligenter malaxas et inde glandulas foris aut fauces perunges.

---

1 inponito ‖ 4 maturuerit ‖ 6 inponito ‖ 10 superinponis ‖ 11 consueto ‖ 12 inponito ‖ 13 perseuera ‖ 17 terebentinae ‖ 25 inveni] feni ‖ 26 callidam ‖ 27 inponito | diem ‖ 29 grandula ‖ 30 grandulas

VI. Curae et medicinae ad tusses omnes vel ad vulsos, apopiras Pelagoni.

PELAGONIVS ARZYGIO AIT

71 Arum Gallicum tundis et purgas in pilo marmoreo et iungis axungiam veterem et simul diu tundis et facis pastillos, quos in melle et oleo et passo et ovis bene mixturatis tinguis et per triduum deicis, aut resolvis et per cornu dabis.

72 Item aliud Emeriti mulomedici. fabae fresae, id est lomentum, —VI infundis in passi sext. III et mittis in mortarium piperis grana XXX et teres. item adiunges sevi hircini lib. et teris simul, postea adiungis et fabam infusam cum passo et omnia simul diligenter deteris et per cornu dabis triduo.

73 Item aliud. in vino veteri infundes fabam et postea deteris adiuncto oleo, tantum quantum duplum fuerit vinum, id est ut sint vini sextarii III, fabae sextarius, olei sextarius: haec omnia simul deteris et dabis per triduum.

74 Item aliud etiam ad vulsos. in conditi sext. II infundis ante triduum fabae hem. et sic teres diligenter et dabis triduo.

75 Item aliud. arum Gallicum tundis diligenter et postea commisces simul herbam parietariam teneram et simul denuo tundes diligenter adiuncta axungia veteri. haec omnia simul denuo tundes et facis pastillos, quos impares per triduum dabis in melle et butyro.

76 Aliud ad tussem cotidianam. porros decoques et cum herba parietaria bene tunsa commisces et iterum tundis et facis pastillos, quos in ovis et oleo rosacio et passo et melle dabis per triduum. quo tamen triduo et sucum

---

1 medicina ‖ 3 ARZIGIO ‖ 5 auxungiam | tundes ‖ 9 eme reti ‖ 10 infundi ‖ 16 tm̃ quantũ ‖ 20 *εἰς κονδῖτον* S *γ'* *M* ‖ 25 auxungia ‖ 26 i·

ipsius conditurae per cornu deicis adiuncto suco herbae parietariae.

Ad tussem viatoriam, Pelagoni. laser iuxta modum magnitudinis nucis Abellanae minoris in vino veteri deteris et una die per cornu dabis. 77

Ad tussem, quae pulmonibus nascitur vel si renes percussos habuerit aut ex nimio sudore complutum fuerit, sic curabis: pastillos facies costi — II, hyssopi fascem, panacis radicis — III, murrae troglitis — IIII, meliloti — IIII, et nuclei viridis — IIII, marrubii masculi — I, centaureae ⟨—⟩ III: haec omnia tunsa et cribrata cum optimi mellis hemina in vas mittes et coquis; cum pastillum fuerit factum, uteris. 78

Aliud ad tussem. marrubium cum murra et ture et vino optimo potionabis. 79

Aliud ad vehementiorem tussem vel si male os ei oluerit vel lacrimae decident, potionabis sic: mannae ⟨—⟩ IIII, murrae ⟨—⟩ IIII, turis — II, croci — I, tracanthi — I, mellis despumati — IIII, hyssopi fascem I: vino albo omnia mixta dabis, donec sanus fiat. aquam sane tepidam praebebis. 80

Aliud ⟨ad⟩ tussim, quae pulmonibus nascitur. hyssopi fasciculum, murrae troglitis — I, croci — I, laseris scrip. V, dauci Cretici — II, herbae Sabinae — II, dictamni scripl. III, castorei sem., mannae croci — II, opii — I, nasturcii — I: omnia melle et aceto decocta permisces et uteris. 81

Ad tussem vel ad gravedinem capitis. oleum rosacium vel certe simplex, sed summum, cum aqua calida sed tepida per narem deicis per triduum. 82

---

1 herbe ‖ 3 tusse mutatoriam | lasar iusta ‖ 7 conplutũ ‖ 8 *κόστου γō δ΄ PH* | ysopi | fascem] *δεμάτιον ἓν μικρόν PH* ‖ 9 myrrae | melliloti ‖ 10 virides | marrabi ‖ 14 marubiũ ‖ 15 vino optimo] *οἴνου παλαιοῦ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μέλιτος πρωτείου M* ‖ 19 ysopi ‖ 20 mista ‖ 21 prebebis ‖ 22 ysopi ‖ 23 myrrae | lasaris ‖ 24 *δικτάμνου γō γ΄ H* ‖ 26 opi | nasturci ‖ 28 rasacicium ‖ 29 callida

83 Ad tussem vel ad vulsos. arum Gallicum tundes diligenter et postea herbam parietariam, et denuo simul tundis et sic adiungis axungiam veterem, et omnia simul tundis diligenter et facis pastillos, quos in melle et butyro deicis per triduum. 5

84 Glutinatoria ad volsos sive hiemalis. tracanthi — II infundis in calida et mittis in caccabum faeni Graeci hem. infusam et lini seminis hem., sevi hircini lib., medullae cervinae — II, radiculae draconteae — II, ⟨gentianae — I, centaureae — I,⟩ sevi taurini — I. sed 10 prius tracanthum teres et mittis illud in caccabum cum lini semine et faeno Graeco et ferveat tamdiu, quamdiu diligentissime decoquatur in aqua, in qua infuderis tracanthum. sic postea omnia simul commisces et deteris et mittis in caccabum passi sextarios III et decoquis et 15 sic per cornu deicis triduo.

85 Item alia Emeriti. in aqua acronem pinguem porcinum decoque et postea exossa et mittis illum in caccabulum cum passi sext. III et sext. tisanae iam infusae, et ipsa simul sit in aqua, in qua acro decoctus est 20 vel tisana infusa. adiungis simul praeterea glutem taurinam et aceti acris heminam dimidiam, et sic omnia simul tamdiu ferveant, ut chylon faciant. praeterea lini semen, tracanthum, iam infusa in calida cum faeno Graeco decoquis et posteaquam coxeris, teris in mortario mar- 25 moreo et sic adicis ad superiora et iterum decoquis. quae cum omnia simul diligenter decoxeris, adiungis sucum herbae parietariae et medullam cervinam cum sevo hircino et sic omnia simul decoquis et facis potionem, quam per cornu dabis diebus septem aut novem. sane intepescat 30

---

3 auxungiam ‖ 6 tracanti ‖ 7 callida ‖ 9 radiclas tracon-teas — II *R* *ῥίζης δρακοντίας γō c′ M* (*unciam unam ponit Vegetius*) ‖ 9. 10 *lacunam explevi ex consensu M et Veg.* ‖ 11 tracantum ‖ 12 feno | feruet tandiu ‖ 15 mittes ‖ 17 aliae meriti *R* *Ἡμερίτου M* ‖ 22 acris] agri | *ὄξους δριμέος δ′ M* ‖ 23 tandiu | *choelon* ‖ 24 *callida* ‖ 28 medulam

contra focum potio et sic detur. quae si satis fuerit spissa, passi plus accipiat.

86 Ad vulsos de recenti. capitulum agninum in aqua decoques tamdiu, quamdiu totum decoquatur, et ad-
5 iungis modicum mellis et dabis per cornu ieiuno diebus septem.

87 Ad tussem quae de faucibus nascitur. murrae — II, lini seminis fricti sext., cardamomi semunciam, uvae passae sext., nuclei sext., mellis p. II: haec omnia dili-
10 genter teris et mel addis et sic omnia trita commisces et agitas diu et facis pastillos ad modum nucis et sic ternos diurnos dabis diebus quinque aut septem.

88 Item aliud. occidis pullum et cito illum despicas et tollis illi ventrem et sic quomodo est, cum stercore suo
15 involvis illum in melle et deicis, cum calet, pecori per canalem. certissimum est.

89 Ad tussem gravem. pilulas cupressi decoquis et purgas diligenter et in pilo marmoreo cum axungia contundis et arum Gallicum simul et folia tenera herbae parietariae,
20 et facis pastillos, quos per triduum impares in melle, oleo et vino passo, ovis tinctos deicies. aut si hoc displicet, omnia simul commisces cum oleo rosacio et melle, vino passo et ovis resolvis et teres; per cornu deicies. sane si pilulas decoquere nolueris, ipsa folia
25 cupressi subsiccas et tundis et facis pulverem, cui admisces omnia superiora.

90 Ad tussem, quae de faucibus nascitur. murrae ⟨—⟩ II, piperis — II, lini seminis fricti sext., cardamomi semunciam, uvae passae sext., nuclei sext., mellis p. II: omnia
30 trita bene melli bene calefacto et cocto adiungis et agitas diu et facis pastillos ad modum nucis, quos ternos diurnos deicis diebus septem aut ultra.

---

2 passis *R (corr. Sarch.)* ‖ 4 tandiu ‖ 7 myrrae ‖ 8 cardamomi sem — I *R* *καρδάμου γō s' H* (*infra in 90* cardamomi sem *R*) ‖ 10 tritae ‖ 14 tolles | quomodo *Sarch.*: qūō ‖ 16 carnalem ‖ 20 pastellos | inpares ‖ 31 pastellos

91 Ad tussem gravem. ante omnia purgandum est corpus tussientis, purgabis autem sic. cucumerem silvaticum vel radicinas eius cum nitro Alexandrino conteres et iniuncto vino veteri deicis per cornu et post diem tertium remedia adhibebis talia. scillae vastiores partes quattuor tundis diligenter et adicis laseris summi tantum quantum fabae magnitudo est, et commisces vini albi sext. et olei veteris libra et denuo omnia simul deteris et potionas **92** per cornu per os. sane laser vino resolves. et suffis illum istis suffimentis: sandaracae ⟨unciam⟩ I et asphalti unc. I, alium et cepas omnia aequaliter ponderas et teris et facis partes tres, de quibus singulis per singulos dies positis in carbonibus suffis. sane caput illi coperis et oculos illi ligas. quem posteaquam suffieris, sic potionas. vino sucido commisces adipes cervinos sufficientes vel berbecinos, quos resolvis cum vino et adiungis modicum cerae et teris et cum tepet per cornu deicis.

93 Item aliter. *πράσιον* quod Graeci appellant, Latini herbam marrubium, deteris et cum oleo, modico sale et vino sucido commisce et potionas.

94 Pastilli ad tussem. petroselini Macedonici semunciam, dauci — I, murrae — I, spicae nardi —, costi —, tracanthi —, iris pistae —, acori — I, piperis —, croci —, guttae hammoniacae —, casiae — I: haec omnia tundis et cernis et ex aqua mulsa pastillos facies, quos tussientibus ex passo dabis. sane tracanthum ante pridie in mulsa infundis.

95 Potio ad omnes tusses. tracanthi — I, hormini seminis libra, cymini —, croci — I, murrae —, spicae nardi —, piperis — I, passi sext. II.

96 Ad tussem siccam et ad arteriam constrictam et ad

---

2 tussientes | salvaticum ‖ 5 uastiores uastiores ‖ 6 lasaris ‖ 10 asflati ‖ 17 teres ‖ 18 pation R^1 pacion *R* (*in margine manu Politiani πάκἴον*) ‖ 21 pastellos *R* κατασκευὴ παστίλων (παστίλλων) *HPM* | sem.] γō ας' *HP* unciam unam semis *Veg.* ‖ 22 myrnae | tracanti ‖ 23 tripiste ‖ 24 cassiae ‖ 25 febrientibus *R (corr. Sarchiani)* ‖ 28 ormini ‖ 29 myrrae ‖ 31 arteria constricta

suspirium et ad spasmum. hyssopi selib., faeni Graeci selib., lini seminis selib., tracanthi selib., ari Gallici selib., rutae viridis selib., alium sane coctum usque ad tertias et da tussienti per triduum, volso per dies novem. cer-
5 tissimum est remedium.

97 Ad tussem veterem et ad suspirium et ad anhelitum et ad synanchen prodest, si mox dederis styracis rubeae — III, murrae troglitis — II, iris Illyricae unc. II, galbani unc. II, resinae terebinthinae unc. III, herbae symphonia-
10 cae unc. I, opii semunciam.

98 Ad tussem equorum. mellis selib., axungiae lib., caricas numero XV, pineam unam comburito diligenter et pulverem facito, addito et heminam liquaminis boni et cum coliculis coctis offas facies et dabis. satis prodest.

15 99 Ad tussem, Emeriti mulomedici. hederae folia et populi albae aequo pondere teris et cum vino albo per narem deicis.

100 Aliud. iunci semen cum faeno commisces.

101 Aliud. rutae folia mollia teres et cum vino candido
20 per nares deicis et faenum quod manducat, suco cucumeris silvatici spargis; melius est tamen omnibus cucumeris semen miscere cum vino et radicem ipsius siccam et pisatam cum hordeo commixtam dare.

102 Ad tussem vel ad suspirium, apopiras Pelagoni. sulphur
25 vivum et rosmarinum cum melle et cum vino mixtum per sinistram narem mittes.

103 Ad tussem. panacis radicem pisatam, vini heminam, olei cyathos III per os deicis aut per narem sinistram.

---

1 ysopi | *ὑσσώπου λ. α′ M* ‖ 2 semen | ari galli ‖ 6 hanelum ‖ 7 sinachem | robeae ‖ 8 myrrae | ylliricae ‖ 9 terebentinae unc. III *R τερεβινθίνης γō δ′ HP* (uncias tres *Veg.*) | symponiace ‖ 11 mellisse lib̃. *R μέλιτος ἀττικοῦ λίτραν α′ HP* mellis libram *Veg. vulg.* (selib. *Corbeiensis*) | lib. *R λίτραν αs′ HP* (libram semis *aut* libram *Vegetii libri*) ‖ 12 carigas numer̃ XV *R ἰσχάδας ιβ′ HP* (*cum Pelag. consentit Veg.*) ‖ 13 hiem̃ ‖ 14 prode ẽ ‖ 15 hedere ‖ 16 albiae quo ‖ 20 sucu ‖ 21 saluatici ‖ 28 cyat. III

104 Aliud. radices tritas cum vini hemina per narem sinistram deicis.

105 Aliud. rorismarini scrp. IIII, murrae scrp., croci scrp. II cum vini sext. et olei hem. mane per narem deicis, heminam in die. 5

106 Aliud. anethi acetabulum unum, iris acetabulum, rutae scrp., olei heminam dimidiam mane per os deicis.

107 Ad suspirium vel ad tussem. mori radicis tertiam partem scripuli aut heliotropii scripulum dimidium diligenter tritum cum vini calidi hemina per os deicis. 10

108 Ad tussem, Columellae. recens tussis celerius sanatur pinsita lente et a valvulis separata minuteque molita. aquae calidae tantundem mensurae lentis misceto ac faucibus infundito per triduum. certissimum remedium est. vetus tussis discutitur porri suco trium cyathorum cum 15 olei hemina compluribus diebus in fauces infuso.

109 Ad tussem vel ad vulsos. panacis radicis unc. II, sulphuris vivi — I, turis masculi — II, murrae troglitis — I in unum contundes et coclearia II cum duobis ovis et vino faucibus infunde. certissimum et salutare 20 remedium est.

110 Ad tussem physicum, Emeriti mulomedici. arboris ulmi partem comburito et in cinerem levem, id est favillam quam appellant, tundito et in aqua colari permittito. inde aquam ipsam, id est lixivam cum aequa 25 mensura olei adiunctis tribus ovis dato per dies quot volueris.

111 Ad tusses veteres et vomicas. sucum marrubii exprimito p. unius denarii, caricas siccas id est ficus n. XXV, mellis Attici aut Siculi sext. s. in olla nova decoquito ad 30 dimidias. cum decoxeris, eodem adicies murrae troglitis —,

---

1 uino ‖ 3 myrrae ‖ 6 anethia cetabulum ‖ 8 radicem ‖ 9 heliotropi ‖ 10 callidi ‖ 11 culumellae ‖ 12 ababulis ‖ 13 callidae | a faucibus ‖ 15 tussi ‖ 16 cũ pluribus ‖ 17 radicem ‖ 18 myrrae | *τρωγλίτιδος γō δ' M* (*cum Pelagonio consentit Veg.*) ‖ 19 cochlaria ‖ 20 uno ‖ 22 fysicum ‖ 24 tollito ‖ 26 *quod* ‖ *31 myrrae*

dauci —, casiae fistulae — s., cinnami sem., turis masculi —, aristolochiae — II, opopanacis —, iris Illyricae — s., panacis radicis —; haec omnia conterito et in olla, in qua ficus et mel bullierit, sinito uti ferveat paulis-
5 per et se animet. deinde eximito et condito in vas rude ligneum aut plumbeum et uteris, coclearia bina. si non habueris mel Atticum, uteris Siculo.

112 Ad suspirium sive ad tussem. herbam urceolariam, bacas lauri, herbam Iovis, radicis cucumeris silvatici
10 scrp. V in unum contusa et cribrata potionem dabis ex aquae hemina et olei cyatho.

113 Ad vulsos sive ad tussientes. lenticulae tostae et tritae et cribratae et lini semen et faenum Graecum: haec friges et cribrabis et ex singulis coclearia singula
15 dabis et arum Gallicum admisces quantum voles.

114 Ad tussem. schoenuanthus p. X IIII, opopanacis p. X IIII, spicae nardi p. X IIII, murrae p. X IIII, opii p. X IIII, croci Siculi p. X IIII, folii nardini p. X IIII, costi p. X IIII, mellis Attici p. X II.

20 VII. ⟨Curae ad strophum.⟩

PELAGONIVS FESTIANO AIT

115 Sollicito tibi de singulis curis pecorum etiam ad dolorem ventris vel ad strophum remedia exquisita de multis auctoribus mittenda curavi, ut passionibus singulis con-
25 grua remedia adhibeas. et primo diligenter signa inspicias, dehinc prout exegerit passio, promenda medicina est.

116 Ad ventris dolorem sive ad strophum. panacis radicis scrp. II, aristolochiae scrp. cum vino dabis.

---

1 cassiae ‖ 2 ypopanacis | ylliricae ‖ 3 radicem ‖ 5 et se] ut se ‖ 6 cocliaria ‖ 8 urciolariam ‖ 9 radices ‖ 13 faenu grecu hec ‖ 14 cocliaria ‖ 16 scoenuathos (*in marg. manu Politiani* σχοίνου ἄνθος) | ypopanacis p. XIII (*cf. 118*) ‖ 17 myrrae ‖ 18 filiinardinio ‖ 23 strofum ‖ 24 curaui *scripsi:* cura ‖ 25 insicias ‖ 26 prout prout ‖ 27 strofum | radicē

117 Aliud. erucae seminis acetabulum cum vino teres et potionabis.

118 Si equus peduculos in intestinis habuerit, intellegitur cum frequenter torquetur. coriandri sucum, sinapi, opopanacis paululum cum [in alio inveni singularum specierum p. quaterna dena esse, non quaterna, sicut supra scriptum est] mulsa et oleo modico dabis faciliorque cura est, si hordeo muriam asperseris.

119 Ad dolorem ventris. nasturcii semen cum vino et oleo tritum tepefactum dabis, aut lixivam cum vini sextario et aliquantulum salis candente ferro tepefactum dabis.

120 Aliud. stercore humano palatum fricato.

121 Ad dolorem ventris praecantatio. manu uncta oleo ventrem perfricato cum hac praecantatione: tres scrofae de caelo ceciderunt, invenit eas pastor, occidit eas sine ferro, coxit eas sine dentibus: bene coxisti, bene coxisti, bene coxisti.

122 Item aliud. peduculos tres humanos, ita ut non eos nomines, sed statim sublatos de aliqua vesticula in aurem dextram equi mittito.

123 Item aliud. caponem sive gallum aut palumbam per ventrem ei et dorsum ter traicito, ita ut eum fasciare videaris; vivum dimittito. certissimum remedium.

124 Ad strophum equi. lixivum tepidum cum oleo et modico melle faucibus infundito et si necesse fuerit, in ⟨anum⟩ manu inserta fimum eximito.

125 Si equo intestina doluerint, turis, inulae, bidellae uncias singulas vino optimo permixtas: tepefactum dabis.

126 Aliud de experimento. nomen domini in dextra ungula dolentis equi aut servus aut quilibet alius scribat.

---

1 aerucae sem *R* *πηγάνου σπέρματος HPM* ‖ 4 sinapi] sinopidem *R* *σινήπεως τὸ ἀρκοῦν M* | ypopanacis ‖ 9 nasturci (*HPM ante* nasturcii *addunt στρύχνου*) ‖ 13 friato *R* *περίτριβε HP* ‖ 14 precantatio ‖ 15 precatatione ‖ 19 ped¯culos | 22 caponem *scripsi:* sasonem *R* pavonem *Sarchiani* ‖ 25 strofum ‖ 28 innulae videllae ‖ 29 permistas ‖ 31 dolentiis

Aliud. ieiunus in os equi ter spuito. **127**

Ad strophum equi. acori —, anethi ⟨—⟩, panacis **128** radicis tunsae ⟨et⟩ cribratae cocleare unum vino tepido et olei — IIII permisce tepidumque faucibus infunde; 5 aut si parum profuerit, caprifici folia, quantum satis est, et siccani holeris tantundem in unum conteres et cum aqua tepida per triduum dabis.

Si equi intestina doluerint ⟨et⟩ fuerit tortionatus, **129** remedium incredibile quod per se † ostendere: nomen do- 10 mini eiusdem animalis in corona pedis dextri graphio perscribito.

Aliud. si fortior fuerit strophus et venter non facit, **130** utique caudam intra coxas mittit et convertit se ad ventrem suum: potionabis rutae silvaticae semen cum 15 vino.

Aliud. cepas decem teres, ficus siccae scrp. VIII, **131** nitri scrp., columbini stercoris scrp. IIII: hinc facies, id est de omnibus, collyria II vel tria, in anum mittis.

Aliud. clysteriabis suco cantabri cum nitro, malvae **132** 20 erraticae floris sicci scrp. II, olei hemina: si ventum non reddiderit, adicies in clysterem palumbini stercoris scrp. IIII. post clysterem ambulans satis quiescat; sed prius ventrem calida fovebis.

Aliud clysterium. betas in aqua decoques et sucum **133** 25 nitro misces cum olei hemina et sic inicies.

Aliud. setam verrinam et pilum lupinum et mali **134** granati corticem in licio suspendes, et si hoc parum est, chartam puram combures et bibere dabis cum vino veteri.

---

2 strofum | aneti ‖ 3 radicem tunsa cribrata cocliare ‖ 9 per sẹ onstendẽ ‖ 10 grafio ‖ 12 strofus ‖ 13 infra *R* *μεταξύ H P* (intra *Veg.*) ‖ 16 siccas ‖ 17 columbi stercus ‖ 19 cantabricũ *R* cantabrico *Sarch.* ‖ 20 flos siccum | olei hem. *R* *ἐλαίον καὶ οἴνου* ⳨ c′ *M* (*Veg. vinum omitt.*) ‖ 21 palumbi stercore ‖ 22 ambulam ‖ 23 uentre | calida fovebis *scripsi:* calidaueris *R* ‖ 24 ᵇuetas *R*[1] (b *delevit Politianus*) ‖ 26 pilum *Sarch.:* pinum *R* ‖ 27 paruum ‖ 28 cartham

135 Aliud. merdam leporinam cum novem coclearibus mellis et quindecim granis piperis in mortario cum suco de coliculis pariter terito et per cornu dato. inde cassiterina lamella aurem sinistram pertundito et ligato.

136 Aliud. talos suillos, tamen qui dentem humanum non 5
tetigerint, tres comburito et cum vini hemina et olei tantundem potionem dabis.

137 Aliud. si stercus gallinaceum manducaverit, apii seminis cyathos V cum vini sext. et mellis hem. potionem dabis et inambulet tamdiu, quamdiu potio ventrem mo- 10
veat. sane si a dolore et obroboratio fuerit subsecuta, bacas lauri, ⟨nitri⟩ selib., aceti sext. II, olei sext. per triduum in calido loco perunges. certissima medela est.

138 Aliud apopiras physicum. si stercus [in alio sic: et 15
mali granati corticem in licio suspendes et hos caractheres facies in cartha pura et combures et bibere dabis et residuos caractheres sane non inueni, scriptos in codice hii erunt requirendi] gallinaceum comederit, pullum vel gallinam occidi facies et ventrem ipsius vel gallinae crudum 20
cum stercore equo vel mulae devorandum dabis; aut, quod maius est, cyphi cum vino dabis, eadem hora sanabitur; aut lixivum tepidum cum oleo faucibus infundes: medebitur.

VIIII. Ad eos qui non meiant et remedia ad dysuriam. 25

PELAGONIVS FESTIANO AIT

139 Multi quibus cordi est educatio vel cura generis equini, frequentissime erroris subeunt culpam. nam cum equus vel aliud genus animalis dysuria vexatur et maxime suc- 30

---

3 inde *Sarch.*: in *R* ‖ 5 talas ‖ 6 co̅murito ‖ 8 gallinacium | api semen ‖ 12 ⟨ ⟩ *restitui ex H et Veg.* ‖ 13 callido ‖ 13 medella ‖ 15 fysicum ‖ 18 in uenis ‖ 19 gallinacium comederet ‖ *22 cyphi cum scripsi:* caefinum *R* ‖ 25 remediū

currendum est huic, velut strophum aut tormenta ventris vel intestinorum sperantes quasi duri ventris medentur et tunc cum aliud in causa est, alii rei adhibetur cura et periculum subit, et quod verius dicendum est, rumpitur. nam qui dysuria temptatur aut stranguria, festinandum est, ut possit urinam facere. cuius haec remedia et accepimus et fácientes nosmetipsi experti sumus. nec multo **140** dissimilia signa adfert is qui intestinorum dolorem patitur, et is qui stranguria vexatur. nam in eo, qui dysuriam [non] sustinet, haec signa invenies. naribus stertit, terram pedibus crebrius pulsat, cauda ventrem percutit et se ipse volutat, et cum elevare se voluerit, in posteriora subsidit. frequenter sane et vult meiare et videtur quasi posse, sed non meiat. nam se submittit, quasi meiet, et se sic tendit; tunc etiam et caput habebit in terram demissum. huic sanguinem de temporibus aut de facie detrahendum esse necessarium, in opisthotonis contrarium est. non tantum enim siccantur sanguinis emissione nervi et corpus contrahitur, sed et passio ipsa anorectos facit, et cum invalidum sanguinaveris, laedis. evenit autem supra- **141** scripta passio nimio cursu, sed frequentius de itinere, cum per totum diem ambulaverit et potestas meiandi non fuerit data; unde oportet frequentius adhortari, ut urinam faciat. interdum et nimio otio, descendens enim acrior umor urinam prohibet. interdum nimio frigdore, cum satis alserit aut loco frigido aut umecto steterit: hic, qui frigore hoc patitur, calore curatur, aut in calido stet aut contra focum aut aqua calida foveatur. sane rhododaphnen si burdo comederit, vesica ipsius rumpitur et inde moritur; equus autem si comederit, liberatur vino et crebris potionibus, quae aut ventrem moveant aut veneno resistant.

---

1 strofum ‖ 2 quasi] q͠i *R* (qui *legerat Sarch. coniciens* equo) ‖ 5 straguria ‖ 6 urina | accipimus ‖ 9 straguria | dysuria ‖ 10 stertet ‖ 14 se submittit *scripsi:* et sum̃ittit ‖ 15 demissum] et missum ‖ 20 ledis ‖ 27 callido ‖ 28 callida ‖ 29 rhododafnen

142 Curatur autem dysuria vel stranguria sic: coliculorum fasciculos cum foliis suis decoque, inde exprime folia et proice, et aquae, in qua coliculi decocti sunt, id est ut habeat aqua ipsa mensuram sextarii, iunge vini heminam et olei acetabulum et per narem dextram su- 5 prascripta infunde et deambulet et meiat.

143 Item aliud. absinthium cum vino decoque ad sextarium non plenum et ut supra per narem infundis.

144 Aliud. opopanacem, quantum digiti minoris extremitas est, cum vino, ut supra est, dabis. 10

145 Aliud. radicis semen teres et cum vino et ut suprascriptum est dabis.

146 Aliud. cepas longiores, quia sunt magis acriores, purgabis et confringes aliquas quinque et pone in ano et ambulet et meiat. prodest et aqua calida renes fovere. 15 errant tamen multi dicendo prodesse, ut manum per anum mittant, quoniam [in utroque contrarium est] et vesicam laedunt et meatum ipsum unguibus vulnerant. si tardius urinam fecerit, stercus caninum cum sale hammoniaco vino permixtum dabis. 20

147 Aliud. alii capitula duo purgata trita vino permixta dabis et facies equum currere.

148 Item. ebuli radicem conterito cum vino veteri et exprimito et per linteolum colato et dabis per utrasque nares. 25

149 Aliud. puleium cum aqua bibendum praebebis.

150 Aliud ad eos qui non meiant, ⟨Magonis⟩ Carchedonii, quod solus adseveravit. dicit enim debere de prioribus pedibus ungulas subter ipsius equi radi et teri cum vini sext. et naribus infundi. adseverat certissimum re- 30 dium.

Item aliud Apsyrti, quod se apud Sarmatas vidisse

1 culiculorum ‖ 3 aqua | culiculi ‖ 4 habeant ‖ 9 ypopa-cem | 11 radici sem ‖ 15 callida ‖ 18 ledunt | 19 stercum | sale hammoniaco] μετὰ ἅλατος καὶ ἀμμωνιακοῦ *H 117* ‖ aebuli ‖ 26 prebebis ‖ 27 carchedoni ‖ 32 adsyrti (*in* *manu Politiani* Apsyrtus)

adseveravit. nam dicit cooperiri debere equum diligenter, ita ut usque ad terram coopertoria demittantur, ne fumus thymiamatis exeat, et sic castoreo carbonibus imposito omnem ventrem et testes ipsius equi fumigari: statim meiat. prodesse tamen mel coctum salibus iungi et facere pilulas in modum ovi et in ano ponere. hoc etiam prodest eis, qui strophum patiuntur.

Sane ipsius passionis genera sunt tria: unum quod dicitur dysuria, quando tardius meiat, alterum stranguria, quando cum dolore et difficultate meiat, tertium ischuria, quando omnino non meiat, quod non facile curatur. cui etiam pro diligentia et pro amore equorum remedium et medelas negare non debes, sed calidis rebus uti, ita ut spongias calidas locis omnibus naturalibus admoveas, et potiones frequenter melle et passo mixtis cum aquae calidae sextariis prope duobus per sinistram narem infundere. facit etiam ipsi passioni et prodest aqua, in qua betae aut malvae fuerint decoctae, cum melle data. cibos virides dare quod si tempus non patietur, faenum melicrato aspergere et de hordeo tisanam cum melicrato dare utilissimum est. his autem rebus praebitis omne intrinsecus malum, quod ex acerbis umoribus nascitur, dulcedine ipsa mellis vel aliarum rerum similium dissolvitur atque curatur. **152**

Item ad eos <qui non meiant>, Emeriti mulomedici. rosmarinum decoque et de calida ipsa testes foveto. quod si tardius meiaverit, cimicem vivum in aurem equi mittito et alterum supra naturam, qua meiat, confricato. certissimum remedium est. **153**

Item ad eos qui tardius meiant. porros decoques et sucum eorum exprimis ad sextarium et commisces vini veteris et olei acetabulum et dabis per narem dextram et deambulet. hoc facies triduo, ut magis sanus sit. **154**

1 equum *scripsi:* cũ ‖ 2 dimittantur ‖ 3 castoreũ | impositũ ‖ 7 eis *scripsi:* et | strofum ‖ 13 medellas | callidis ‖ 14 callidas ‖ 15 mistis | callidae ‖ 18 decocte ‖ 19 fenũ ‖ 20 asperge ‖ 21 prebitis ‖ 22 aceruis ‖ 26 callida ‖ 28 natura ‖ 32 ueteri

155 Item remedium viatorium Pelagoni. lutum de via, id est ex lotio cuiuslibet equi factum, mixtum vino et colatum naribus infunde; et cum siccaverit lutum, eandem vim cum vino habet.

156 Aliud. apii radicem teres et cum vino sucido aut cum melicrato potionabis.

157 Si equus veretrum submissum habuerit nec revocare potuerit, posca frigida assidue foveto. medebitur.

158 Aliud. tus ovum ⟨cyminum⟩ cum vino misce et potiona.

159 Aliud. stercus suillum aceto mixtum et percolatum dabis.

160 Aliud. panacis radicis scrp. II cum vino trita dabis.

161 Aliud. rutae silvaticae semen cum suco coliculorum dabis. facit hoc et ad strophum.

162 Aliud Columellae. oleum mixtum vino supra ilia et renes infunde, aut si id parum profuerit, melle decocto ac sale collyrium tenue inde foramini quo manat urina, vel muscam vivam admove vel turis micam, vel e bitumine collyrium insere naturalibus locis vel alii spicam.

VIIII. De laeso dorso et de pilo totius corporis et de pulmunculo.

PELAGONIVS ASTYRIO

163 Sit licet inlibatus et omni malitia alienus tuus ille circa generositatem equorum curulium occupatus affectus, sit voluntas civiliter grata et omnibus nota: non enim circo vel vulgi voluptatibus animum miscuisti nec damna opinionis de alieno spectaculo adquisisti, sed amore privato equorum et voluptate iungendi, quam per temet-

---

6 mellicrato ‖ 7 summissum ‖ 8 assiduae ‖ 9 ⟨ ⟩ *restitui ex HP* ‖ 13 radicem | tritam ‖ 14 sem(en)] *ῥίζαν HP* ‖ 15 strofum ‖ 16 mistum ‖ 17 profuit *Col.* ‖ 18 inditur *Col.* ‖ 19 euitumine ‖ 20 alei spica ‖ 21 leso ‖ 26 uoluptas ‖ 28 adquisisti sed] adquisistis et

ipsum tibi exhibes, floruisti, quod et nobis est gratum et necessarium tibi ex superfluo. igitur de dorso apud te pauca dicemus, licet cura istius corporis tibi aurigae privato non adeo sit necessaria, quia curuli equo a labore pars ista corporis aliena est. tamen ut ex omni parte integra inlibataque corpora equorum perseverent, etiam hanc curam scire te convenit.

164 Si dorsum laeserit, ante omnia otium est necessarium, ut et diligentius curetur et post curam spatium dierum largiamur, nec tam cito iniungendus est labor, ne adhuc tenera vulnera laboris iniuriam non ferant noxamque iterum contrahant. curari autem debet sic: si vulnus fuerit, gallas Syriacas combustas cum melle vulneri superimpone.

165 Item aliud faciens ad omnia vulnera. pulverem corticis pini et ⟨florem⟩ calcis vivae aequo pondere miscebis et vulneribus supersparges, aut cupressi pilulas tunsas et cribratas vulneribus impones.

166 Item post curam ut pili crescant, testudinem supra sarmenta combures et in cinerem diligenter rediges et tritum in caccabum novum mittes et aluminis crudi uncias III et medullae cervinae quod sufficit cum vino pariter in caccabo confricabis et superlines compluribus diebus.

167 Aliud apopiras Pelagoni. pulverem de lupinis combustis ⟨vel fabis frictis⟩ vino mixtum superline.

168 Item si dorsum ab iniuria aut imperitia sedentis intumuerit, Arcadi apopiras. mallonem caepe, id est fascem unde caepe ipsum dependet in calidam ferventissimam mittes, ut incalescat, et postea calidum supra tumorem impones aut fascia constringes aut scordiscum superimpones et una nocte et die sic maneat. certissima medela est.

---

2 aput ‖ 4 curulis ‖ 7 scire te] sciret et ‖ 8 leserit añ oms̃ ‖ 13 supinpone ‖ 15 ⟨ ⟩ *restitui ex Veg.* ‖ 17 inpones ‖ 20 mittis | crudunč ‖ 22 superlinis ‖ 25 ⟨ ⟩ *e. gr. restitui ex H et Veg.* | mistũ superlina ‖ 26 inperitia ‖ 27 fascạe munde caepe ip̃m dependeŧ ‖ 28 callidã ‖ 29 callidum ‖ 30 inpones | constringis | super inpones ‖ 31 medella

169 Item ad clavum de mercurio vel de dorso. farinam hordeaciam cum foliis coliculorum contundis simul vel teris et imponis.

170 Item ad cicatricem vel ut pilum ducat: fuligo ex aeno infriatur.

171 Item si dorsum motum erit, polentam oleo et vino conspergito et obligato; et si pulmo factus erit, decussatim secato stercusque equinum cum oleo et aceto et sale frixo crudum imponito. curasti.

172 Si equo spina doluerit, sanguinem de femoribus detrahe et unctionibus calidis utere; postea bacam lauri, sulphur, oleum, axungiam, nitrum, cedriam vino permisces et sic omne corpus aut in calido loco aut in sole perfrica.

173 Item ad laesum dorsum vel pilos recitandos, Apsyrti: corticem pini combures et teres et facis pulverem et uteris.

174 Item aliud. testas ostreorum teris et pulverem facis et uteris, aut corticem querci tere et pulverem facis.

175 Item si velis album pilum nigrescere. atramenti sutorii scripula III, rhododaphnes suci scripula quattuor, sevi caprini quod sufficit: omnia deteris et uteris.

176 Item si nulla praecedente causa pili ceciderint. spica nardi, uva passa simul in aceto tunsa et cribrata fervescunt, atque ita calidum corpori glabro imponitur.

177 Pulvis ad dorsum ruptum. lepidae —, aeruginis —, atramenti sutoricii <—>: omnia simul misces et pulverem facis; prius tamen dorsum equi vino lavas et sic uteris pulvere.

178 Item si equo album pilum facere volueris. cucumeris silvatici radicem p. X I, nitri scrp. XII, mellis hem. haec omnia misce et utere.

---

3 inponis ‖ 6 pulentam ‖ 7 descusatim ‖ 9 inponito ‖ 10 sanguine ‖ 11 callidis ‖ 13 callido ‖ 15 lesum | Absyrti ‖ 20 scrit III *R* γρά. α′ *HP* | rododafni sucũ ‖ 22 precedente ‖ 24 callidum | inponitur ‖ 25 eruginis ‖ 26 atromenti sutorici ‖ 27 dorsum equi] dorsũ $\overset{i}{\text{q}}$

Item si vulnus in dorso vel in quacunque parte cor- **179**
poris vermes fecerit nec possunt abici et necari, nepetam
et cedriam sive cyminum vel cicutam contere ex aceto
et tertio uteris, si minus, ex calce viva et amplius accedat.
5 Item si laesus fuerit mercurius supra dorsum, utilissi- **180**
mum est cauteriari subtiliter. post hibiscum ⟨cum⟩ vino
et melle conteres et uteris. sin aliter pannis minutis cum
oleo et aceto vulnera purificabis. tunc iterum, si necesse
est, cauterio uteris. post cauterium cornu caprinum com-
10 bustum et contritum ulceri superpone usque ad summam
sanitatem.

Item si ex iniuria equus aut a nimio tractu aut a **181**
pondere dorsum laeserit et clavum fecerit, utilissimum est
farinam hordeaciam imponere aut cinerem cum oleo
15 tamdiu, quamdiu idem clavus cadat. cum clavus ceciderit,
utere lipara cum pannis minutis, usque cum ulcus pur-
gatum sit. inde lycio percurato ad sanitatem.

Item si pulmunculus natus fuerit, pulmunculum ferro **182**
eximito et pelliculam, de qua pulmunculus fuerit abs-
20 tractus, parcius demittito, id est fortius resecato, ne epi-
dermis fiat; et ne nimius sanguis erumpat, stercus ipsius
equi aut pannum minutum cum oleo et aceto vulneri
superimponito. postero die folia ⟨coliculorum⟩ tunsa cum
oleo imponuntur diebus quinque, et cum iam coeperit
25 cicatricem ducere, lycio sanabis.

---

2 necaret ‖ 4 accedūt ‖ 5 lesus ‖ 6 pos ‖ 10 ulcere | superpone] superponi *R* superponito *Sarchiani* ‖ 13 leserit ‖ 15 tandiu ‖ 16 purgatum *scripsi:* per um *R* pervium *proposuit Sarch.* ‖ 18 pulmunculum] pulmunculu ‖ 20 dimittito ‖ 22 *verba* pannum m. c. o. et aceto *in codice leguntur post* diebus quinque: *transposui* ‖ 23 superinponito | ⟨coliculorum⟩ *addidi coll. 169* (caulium *Veg.*) ‖ 24 inponuntur

X. Ad eos quibus membra deficiunt, quod mulomedici foria appellant, et ad lassitudinem vel de bulimo.

PELAGONIVS FESTIANO AIT

183 Diversae quidem passiones equorum, sed signa similia forsitan curantibus vel philocalis erroris adferant aliquid. nam multa in equo similia signa reperimus, cum diversae et longe a se alienae infirmitates existant. nam cum dicimus equum febrientem caput habere in terram demissum, crebra perseverare suspiria, haec etiam et dolorem indicant capitis; cum opisthotoni signa pervideris, sperabis roboris passionem; quod et nunc quibus membra aut sole nimio aut labore deficiunt nec stare possunt, sed complicitis inter se cruribus concidunt, ne dolorem ventris sperans medelas et curas stropho praebeas et non passioni ipsi congruam offeras curam. sed in his tam similibus signis passionum sunt tamen quaedam longe separata atque aliena, quae facilius poteris recognoscere, si diligentior fueris.

184 Si equus sibi aestate displicuerit, hac uteris potione: tracanthum, murram, crocum, irin Illyricam, pollinem turis, herbam Mercurialem, chamaepityn, chamaedaphnen cum caprino lacte permisce et faucibus infunde.

185 Ad eos quibus membra deficiunt. abstineri eos potu Celso placet, ut sitiant satis. tunc dicit debere eum sitientem in aqua frigida hora una stare. remedium adseverat. Florus iubet ulmi folia tunsa cum vino faucibus per cornu infundi. nos experiundo scimus profuisse tritici farinam cum aqua frigida datam aut ova triginta cum puleio et posca ⟨et⟩ oleo faucibus infusa.

---

5 passionis ‖ 6 filocalis (*in marg.* *φιλόκαλοι Polit*) ‖ 7 equos *R* equis *Sarch.* | repperimus | diuerse ‖ 9 dimissum ‖ 11 opisthotonis ‖ 12 quibus *Sarch.* qui *R* (*an* cum?) ‖ 13 cōplictis ‖ 15 medellas | strofo prebeas ‖ 17 longe separata *Sarch.*: longea seperat *R* ‖ 20 displicueris ‖ 21 tracantum myrram ‖ 22 chamepitynchame dafnen ‖ 25 eum] *an* equum? ‖ 26 sitiente ‖ 29 data | triginta] *tria ova ponunt H et Veg., fortasse rectius* ‖ 30 infunsa

Item si equus aestuaverit. brassicae folia cum apio **186**
tunsa, vini sext. mixta per narem sinistram infun-
duntur.

Item aliter, si fortius aestuaverit. petroselini, hor- **187**
5 mini seminis, dauci, silis Gallici, abrotoni, †alis seminis,
schoeni: aequis ponderibus tunsa et cum aqua mulsa
data aestus relevant.

Item ad bulimum, Apsyrti. utilissimum et necessarium **188**
est domino philocalo bulimoso succurrere. nam equi inter-
10 dum famem sic non ferunt, ut concidant; cui succurrendum
non magno sumptu manifestum est. nam cum bulimaverit,
panis mundi mollem partem vino infundis et cum vino
ipso confricas quasi chylon et per cornu faucibus infundis.
et hoc quidem initiis vel in itinere, ubi desunt necessaria,
15 prodest; sin autem permanserit bulimus, simulae cyathos IIII
cum vino commisces et per cornu dabis.

Item in itinere si bulimaverit, ubi desunt necessaria, **189**
terram vivam et vinum faucibus infunde aut offas fac et
sic in os mitte. certissima medela est et necessario pro-
20 babilis.

Ad ostocopum. si equus aut nimia pletura oneretur **190**
aut defatigatione itineris, sanguis de brachiolis mittendus
est eodemque sanguine, iuncto oleo cum vino, omne cor-
pus perungendum est. dabis etiam potionem pulverem
25 quadrigarium cum oleo et vino.

Si equus aestuaverit aut membra omnia defecerint, **191**
potiona hac potione: lactis caprini sext., tracanthi — II,
ari Gallici — II, nuclei — II, cariotae — II, hyssopi
fascem, marrubii tunsi — II: horum omnium per singulos
30 dies sextarios singulos dabis.

Item ad hanc passionem aptissima. tisanae sucum, **192**
caprinam adipem, acrones berbecinos, coriandrum, anethum

---

2 uino | mista | narẽ insinistram ‖ 5 drauci | habrotoni ‖ 6 scọeni ‖ 8 absyrti ‖ 9 filocalo ‖ 15 ciat. IIII *R* *κυάθους τρεῖς H P* (*item Apsyrtus Hipp. p. 182*) ‖ 19 medella ‖ 21 stocopum ‖ 23 sanguini ‖ 28 ari] *ἰαρίον H* *ἀρίον* *P*m_1 *ἰαρίον* m_2 | ysopi ‖ 29 marrubi ‖ 31 aptissima *Sarch.* aptisma R ‖ 32 caprina adipe

vetus: haec cum suco tisanae cocta madefacta, deinde viride coriandrum bene tritum suco tisanae colato permisces et triduo potionabis.

XI. Curae ad flemina.

193 Flemina ferro candente curantur, vulnera sicut cetera usta curantur. solet et sagitta muccus qui inest mitti, tunc spongia insuper ex aceto laserato et marino imponitur. postero die collyrium inducitur, quod vessiculam, quae muccum continuit, extrahat, cuius haec est compositio: cummi hammoniacum aceto acri commixtum levigabis atque sole siccatum, collyria facies.

194 Ad recentia flemina quae sine vulnere curantur. cancri p. II, galbani selib., resinae terebinthinae — IIII, turis cyat. IIII, nitri selib., salis sext.: mixta levigataque aceto commixto infervescunt et calida panno inlita malagmatis modo genibus circumdantur; quae per alternos dies calefacta renovataque imponuntur. vel bituminis Iudaici —, sinapis seminis —, rhododaphnes — cum axungia · levigantur atque inlita genibus imponuntur; vel filicis radix cum axungia veteri et ervo cum aceto levigata; vel sinapis Alexandrini selib., nasturcii selib., ⟨fici Afrae selib.⟩, salis — ⟨II⟩, axungiae veteris libra, aceti quod satis est.

195 Item aliud ad flemina. caustico exsiccato temperato aqua frigida et imponito spongiam aceto madefactam per quatriduum. quarto die farinam hordeaciam cum aqua imponito, usque cum vulnus cicatricem ducat, inde mali

6 mittit ‖ 7 spongea | inponitur ‖ 8 induitur ‖ 9 que | continuit *Sarch.* conticuit *R* ‖ 10 cũ miamonia cũ ‖ 12 cancri p. II *R* *κάχρυος λίτρας β' HP* ‖ 13 resinae terebentinae — IIII *R* *ῥητίνης λίτρας δ' HP* | turis] *λιβάνου ἀλεύρου λιπαρωτέρου HP* ‖ 15 callida | malacmatis ‖ 16 quae] q. *R* et *Sarch.* ‖ 17 inponuntur ‖ 18 iudeici | senapi | rhododafnes ‖ 20 radix] *scripsi*: aridae *R* (*βλάχνου ῥίζαν H*) | herbo ‖ 21 nasturci ‖ 22 *ἰσχάδων Ἄφρων γō ἓξ, ἅλατος γō β' HP* | axungia ‖ 24 temtum ‖ 25 inponito ‖ 27 inponito

granati corticem contundito minute, cum lycio locis patentibus imponito.

Item aliud ad flemina vel ad aquatilia. cineris de **196** foco —, calcis vivae — vino subigito et facito crassitu-
5 dinem mellis et caveto ne obdurescat, antequam oblinas tubercula, quae erunt, usque cum exsiccentur. medicamine ipso uteris, si recentia erunt; si vetustiora, craticulatim subtiliter urito, usta curato sicuti et cetera. hoc autem vitium a labore contrahitur, si aut in duro aut inter
10 lapides equus fortiter tripodaverit aut burdo maiorem sarcinam tulerit aut mula iuncta diu laboraverit.

Flemina in geniculo spargent rhododaphnes — III, **197** bituminis lib. III, nitri lib. III, axungiae veteris colatae unc. III.

15 Item ad nervorum dolores vel ad aquatilia ex col- **198** lectione sine ferro aperienda: cerae p. s., adipis taurinae, galbani, bidellae, piperis albi, hammoniaci quadrantes, pollinis turis — IIII, bacae lauri —.

Vulnera omni genere curantur cyclaminis radicis cinere **199**
20 cum farina ervi melle adiecto: commalaxata atque ita imposita prosunt. si altiora erunt ulcera, rubricam cum melle miscebis et cum detramine pannorum vulneribus inseris superque pannum et spongiam cum posca impones. sunt et gallae tritae remedia nec minus sucus marrubii
25 cum fuligine.

Flemina sine ferro ut cures. sinapis et salis Alexan- **200** drini scrp. IIII, nasturcii scrp. IIII, aceti scrp. II, axungiae veteris lib. s.: omnia simul conteres et in linteolum inducis diebus III; solves tunc spongiis ex lasere
30 Cyrenaico maceratis, ulcera post styptico recludis.

---

1 minutae ‖ 2 inponito ‖ 7 uetustior articulati ‖ 12 geniculos pergẽ rododafnis ‖ 13 uituminis ‖ 17 uidellae ‖ 18 pollinem | bacas ‖ 19 radices cinẽ ‖ 20 herbi ‖ 21 erant ‖ 23 spungiam | pusca ‖ 24 marrubi ‖ 26 senapis ‖ 27 nasturci | *καρδάμου γō α΄ HP* ‖ 28 et] sed ‖ 29 spungiis ‖ 30 cyrenai comaceratis | ulcera *scripsi:* uteris | stybico

201 Item alio genere sic facies: filicis radicem et ervum contundis in pilo et ficum Afram et sic uteris. est res certissima.

202 Item ad flemina discutienda. fici radicem, ervum, axungiam veterem, acetum acre: line in linteolo et utere.

203 Ad flemina tollenda. sinapis Alexandrini selib., ⟨nasturcii Alexandrini selib.⟩, fici Afrae ⟨—⟩ II, axungiae veteris selib., aceti scripl. II.

XII. Ad suspirium pecoris ait.

204 Periculosissimum vitium est, malim id multi vocant, cuius genera [in alio et sic: ad flemina tollenda: nasturci Alexandrini selib., fici Afrae — II, axungiae veteris selb., aceti scrp. II] Graeci ita dividunt *ἀρθρῖτιν, ὑγρὰν, ξηρὰν, λευκὴν, μέλαιναν,* quae Latini articularem, umidam, siccam, albam, nigram appellant. signa eius talia sunt. toto corpore concidit, naribus reddit umida et aquam multam bibit, tussit duriter et restertit, claudicat pedibus alternis, furfurem ex auribus reddit easque flaccidas gerit, corium eius male olet. id accidit cum praeclusi sunt a cruditate nimia meatus et exulcerati, non commeat naturalis in pulmonem spiritus. curatio eius haec est. sanguinem de cervice aut de cruribus mitte eoque vino et oleo permixto totum corpus perfricabis, deinde tracanthi, murrae, turis obolos binos miscebis ovi albo adiectaque aqua mulsa per os infundes. cibus ei gramen erit et Medica vino ⟨et⟩ oleo infusa hordeumque pinsitum. vel etiam lactans occiditur eiusque interiora purgantur atque ita aqua ad dimidium decoquitur adiecto nitro ad modum et hyoscyami et sulphuris vivi dragma una: quae colata miscentur

---

1 ervum] herbam ‖ 4 fleminā discutiendā | herbum ‖ 5 lina 6 tollenda] pollienda (*cf. 204*) ‖ 7 fici *scripsi:* feclę *R* ‖ 9 PECORI 13 apopei tin YTPAN ΞHPANACYKHNADЄΛDINAN qVae latinae (*rectius Politianus in margine*) ‖ 19 oleo tid ‖ 22 eoque] eiusque *R* (*an* eique?) ‖ 23 tracanthi myrrae ‖ 25 Medica *scripsi:* modico ‖ 26 lactans *scripsi:* iactans

vino et per os tertio quoque die infunduntur. gallo etiam
occiso idem hoc fieri solet. alii caput caninum fracidum
requirunt et scillam albam harundine in partes concisa
simul torrent, quae levigata cum vini cotulis Corinthiis
5 quinque, olei cotula Attica, piperis albi triti — com-
misce: ex quo singulos sextarios per narem dextram
infunde.

Item aliter ⟨ad⟩ suspirium, quod Graeci orthopnoean **205**
vocant. cognoscitur autem cum iumentum nares arrectas
10 habet purulentaque emittit et crebrius ilia attrahit ocu-
losque habet arrectiores. curatio eius talis est. sanguis
de cervice mittitur isque cum oleo et aceto permiscetur
et ita iumentum ungitur. cibis, in quantum fieri potest,
abstinetur vel iis utitur, qui calefacere possunt, aut ervi
15 aut ciceris aut triticea farina, aestate etiam hordeacia;
infusi etiam tracanthi, sapae, sulphuris, vel etiam catuli
sanguine adiecto, et cymini triti quod tribus digitis
sustuleris: ea omnia vino dabis commixta, vel ovi album
cum melle et nucibus pineis, id est nucleis levigatis, lacte
20 commixto per dies duodeviginti aut plures. dum convalescit
pulmo, id facies. si non profecerit, radicem consiliginis
cute forata in pectus adicies vel in auriculae urceolas
extremas et in prima parte narium ponis, per quod omne
vitium evocabitur. pastillos et⟨iam cum⟩ aqua mulsa
25 dabis nucibusque amaris cum radicibus cucumeris silvatici
melle commalaxatis; ad hunc usum servabis. vel radicem
mori ⟨ad⟩ obolos tres levigatam cum vino calefacto in
nares infundis suspiriosis. prius autem cyatho uno olei
et vini sextario uno caput purgabis. quibus si sanies
30 responderit, insanabile vitium est. si per nares pus reddit,
turis masculi ⟨unciam⟩ cum vini cotula Attica levigabis
et per utramque narem tepefacta infundes foliisque laureis

---

1 diei funduntur ‖ 5 Attica *scripsi:* addita (*cf. 205*) ‖ 8 greci orthoponean ‖ 10 atrahit oculos quae ‖ 12 permiscitur ‖ 14 his | herbi ‖ 15 hordeaciã ‖ 16 tracanti ‖ 19 lacte *Sarch.* lęte *R* ‖ 20 ἐπὶ ἡμέραις κ' *HP* ‖ 21 proficerit ‖ 22 adiicies | auriculo orciolas ‖ 25 amaris *scripsi:* marinis ‖ 29 sextario uno] sex tũc ‖ 32 infundis

nares fumigabis; si per veretrum, gallum et catulum simul in aqua decoquis colatamque aquam sulphuris dragmae [-∸-] levigatae miscebis eamque potionem in os eius infundes per dies continuos novem.

206 Ad initium suspirii. vermes de pistrino septem cum vini cyathis VII, ovis duobus, olei cyathis II tepefactis simul et levigatis per nares infundito.

207 Ad equi suspirium. passi Cretici sext., iris Illyricae —, piperis —, croci unc., murrae troglitis —, turis pollinem, tracanthi —, uvae passae [in alio sic: uvae V]: haec omnia commisces et postea fauces eius melle, butyro, axungia, sale modico †avenabis.

208 Ad suspirium validissimum, de quo etiam et suspendit ilia et oculos vel oculum dextrum coloratum habuerit, nonnunquam etiam maxillam tumidiorem, incessus etiam non rectos. inter initia hoc malum citius nimia diligentia sedabitur. considera diligentius: si dextra pars fuerit curvata, sanabitur, si sinistra, difficile obtinebitur. adhibenda sunt tamen haec. duodecim venas omnes equi solvito, ita ut de quaternis sanguinem detrahas per triduum, et dabis hanc potionem: croci ⟨—⟩, murrae troglitis —, spicae nardi —, piperis albi —, aquae mulsae sext. III, olei veteris sext. I, vini veteris sext., olei laurini hem., olei rosacii selib., lentisci hem. omnia in novum vas mittis et catulum dierum X cum favo misces vel mulso et ovo I. diebus continuis dabis potionem suprascriptam.

209 Ad suspirium, quod ex nimio sudore nascitur, vel ⟨si⟩ ex nimio suspirio sudor et nonnunquam etiam per nares purulenta apparent. huic passioni potio haec erit aptissima: passi Cretici sext. s., costi — III, floris hys-

---

2 dequoquis ‖ 8 illiricę ‖ 9 crocei | myrrae ‖ 10 passe ‖ 12 asungia ‖ 16 rectus ‖ 17 considera *scripsi:* considerandi *R* considerandum *coni. Sarch.* | dextr͂a | curvata *scripsi:* purgata ‖ 18 sinixtra ‖ 19 hec ‖ 21 mirrae ‖ 24 lentisci hem. *R* φακῆς ξέ. s´ *HP* (*h. e.* lentis, *fortasse rectius*) ‖ 25 fabo ‖ 27 quod * ex~~mu~~ nimio *R*[1] quod * ex~~mu~~ (ē) nimio *corr. Polit.* ‖ 29 pululenta | hec ‖ 30 flores ysopi

pi — II, herbae chironiae — II, iris Illyricae — II, siae fistulae — II, tracanthi — II, abrotoni — III, mar-bii masculi aridi — II, strobili viridis — II: tunsa di-genter et passo admixta faucibus infundito.

XIII. De hydrope vel de tympanitico. PELAGONIVS FESTIANO SVO AIT

Equos hydrope frequenter vexari et contrahere eandem 210 assionem non omnibus notum est, qui erroris frequenter abeunt culpam: nam cum equus hydrope teneatur, tunc ut pinguedinem aut inflationem corporis putant; cum plenicus est et venter increscit, naturam corporis sperant. n iis autem qui hydrope temptantur, signa huiusmodi unt. venter crescit cum duritia, crura tumidiora appa-ent, et cum equum currere volueris, actus non potest, ed suffocatur et angustatur spiritus nec ambulare potest. lle autem qui splenicus est, ventrem sine intellectu naiorem gerit, et cum exercetur, sternutat frequenter et aput dolore ipso iactat. in tympanitico alia signa sunt. enter quidem crescit et iuba et cervix rigida est et fre-quenter etiam extensione ipsa et tumore intestin⟨or⟩um er meatum stercoris rumpitur. quibus haec prodesse uae ostendimus certissimum est.

Ad hydropem. ab umbilico ad pectus versum, men- 211 sura digitis duobus sit tibi subtiliter, contra non in latere, sagitta percute et fistulam pone, per quam umor currat aut aqua, quae hydropicum facit. currere autem debet umor ad sextarios IIII, vel si plus tumuerit, plus tolle. sane sic iumentum liga, quamdiu fracescat. uti debes potionibus iis, quae urinam moveant, assidue autem et fricare debes et sudare debet. pro cibo gramen acci-

1 **is illyrice ‖ 2 cassiae | tracanti | habrotoni | mar-rubi *R* (*λιβάνου HP*) ‖ 7 hydropes ‖ 12 his ‖ 18 tympanetico ‖ 21 hec ‖ 22 que ‖ 23 mensuram ‖ 24 si tibi subtiťr (subtilior *Sarch.*) ‖ 27 humor | sest. ‖ 29 his que ‖ 30 frigare

piat et cicer infusum et de fluvio bibat, quia
est, aut aquam de cicere infuso. perfundi etiam
venit et cum deambulat, fasciolis crura alligabis
etiam ferunt, si deambulent inter pigmenta
odores diversi latenter pulmonibus prosunt. cui
congrua est: petroselinum pinsitum cum vino
granata tunsa cum vino; sed et apium, quant
comedat.

212 Ad spleniticos. sanguis de brachiolis detr
hordeo abstinendus, ut macilentior sit, et aliu
marrubium pinsatum cum absinthio et cum vi
da per cornu et ambulet; mane spongiis calidi
et pressa manu fricetur. si permanet tumor ven
cauteriari convenit, inde intermisso triduo,
quinta in pectore mensura digitos ternos hac
adicis et sic rursus cauteria. observare autem
venam comburas.

213 Tympanitico convenit cinerem calidum cu
panno aut in linteolo umbilico vel ventri admov
autem a compluribus debet, ne se conluctando v
panacis radicem et sil Gallicum conteris cum o
et tepefactum per cornu faucibus infundes.

214 Item aliud. thymum silvestrem, cymini se
tabulum, mellis tantundem, laser magnitudinis f
cotulam in aquae sextariis tribus diluis et p
fundis ciboque per noctem abstinebis. si id
fecerit, ⟨in⟩ latere sinistro proxime costam r
per longitudinem digitorum quattuor urito n
ad altitudinem digiti. usta sicut supra curabi

215 Item potio ad hydropicos. conficito pastillo
et butyro et in mortario cum olei cyatho te

---

5 hec ‖ 7 poṭẹst (*puncta manu Politiani ut vid*
m̃edat ‖ 9 pleneticus | detrahendos ‖ 10 macillentior
tio | austeri ‖ 12 spongeis ‖ 16 adicis *scripsi:* adhirc
panetico | cinere callidum | caro (*μετὰ ἀξουγγίου I*
mum] humum ‖ 24 larser ‖ 25 cutula ‖ 27 sinixtro ‖

cum vino per os; aut asparagi silvestris radicis — II [et] cum vini veteris sext. s. decoquito ad heminam et per cornu dato; aut panacis radicis semunciam conteris et cum vino dato. sane prodest, ut semper sitiat nec plu- 5 rimum bibat.

XIIII. De lumbis et de renibus et de coxis et de gambis.

PELAGONIVS FESTIANO SVO AIT

Congruum est ut de lumbis et de renibus apud cla- 216 10 ritatem tuam pauca dicamus. facilius enim ab eo vel intellegitur vel curatur animal, qui frequenter dolorem sustinet similem, sicut te ita intellegimus et nudum frequenter inspeximus renibus dissolutum. duplex ergo beneficium te de curis istis vel de medelis consequi manifestum 15 est, ut tuos medicamine exquisito solides lumbos et, cum equi vexaverint, similis a te cura ac diligentia praebeatur. equi plerumque lumbos nimio pondere laedunt aut si fossam transcenderint et posteriores pedes resederint aut nimio frigore. tunc eos curari his medicaminibus 20 convenit, ut calida lumbi rigentur diutissime, unctionibus calidissimis utaris et postea caustico.

Item si validius doluerint, venae de inguinibus sol- 217 vuntur. tunc sales et axungia et oleum sanguini qui profluit mixta renibus superimponuntur et, cum necesse fuerit, 25 cataplasmabitur.

Item si coxam laeserit sine vulnere, synchrismate 218 uteris diebus novem. inde prout profecerit cura, aestimabis, et si necesse fuerit, et de inguinibus venae solvuntur. tunc calido medicamine coxa curetur, id est euphorbii — IIII,

---

1 cum vino] μετὰ οἴνου ξέ. ας' *HP* || 3 sem̃ || 6 cossis || 11 intelligitur || 12 substinet | intelligimus || 14 medellis || 15 solide || 16 prebeatur || 17 ledunt || 18 trascenderint || 20 callida || 22 uene || 24 misti || 26 laeserit] si lauerit *R* stimulauerit *Sarch.* || 27 proficerit || extimabis || 29 euforbi

salis sordidi — IIII, picis liquidae scrip. IIII una decoquis.

219 Item si gamba intumuerit: flos faeni combustum cum posca frigida, uteris usque cum fervor tumoris evaporet. tunc alium contusum gambae superimponis. utilissimum fertur. 5

220 Item potio ad renes. pilulas cupressi virides undecim assas, nitri — III adaeque torrefacis et in pulverem redigis et ipsum pulverem cum mellis unciis III et olei boni — III et vini veteris sextariis IIII mixtum per quatriduum 10 faucibus infundes.

221 Item ad dolorem lumborum. brassicae contundito hem., polentae sext. aqua frigida subigito et imponito.

222 Item aliud. sisymbrium cum polentae sext. aqua subigito. 15

223 Item aliud. cupressi folia contundito ad heminam et polentae sextarium aceto subactum dolenti imponito.

224 Aliud. resinae durae — II decoquito usque cum liquescat, inde farinam hordeaciam supermittes tamdiu, quamdiu in modum pultis spissum videris; inde cum modo 20 calidum renibus superimponis. hoc frequenter renovabis, utilissimum est et dolori et tumori.

225 Item ad dolorem coxae. synchrismate uteris diebus octo venam ipsam interdum ducens. tunc alio medicamento, cuius haec est compositio, uteris: euphorbii — IIII, 25 salis sordidi — IIII, picis liquidae scrip. IIII: omnia simul decoquis et uteris.

---

4 pusca ‖ 5 gambae] caube ‖ 7 uiridis ‖ 13 polentis ‖ 14 sisimbrium | polentis ‖ 17 polentis ‖ 21 superimponis] imponis. super ‖ 22 dolori] dolo ‖ 25 hec | euforbi — III (*cf. 218*)

De articulis vel de pedibus vel de collo.
PELAGONIVS FESTIANO AIT

Utilissimas sed multo inter ceteras necessarias pedum 226
as dicemus, ut omnia, quae in articulis vel in pedibus
aire aut labore aut neglegentia aut casu consuerunt,
sana inlibata his medelis, quas ostendimus, perseverent.
prandae sunt et solidandae ungulae diligenter stabuli
ditia, ut sine stercore et sine umore stabuletur, ut
ula roboreis axibus constrata sint. articuli sane vel
ragines ut integrae sanaeque perseverent, quod maxime
quis necessarium et pulcrum est, nos magna diligentia
todiemus curantes, ne de exercitio aut de itinere arti-
s lutum inhaerens permaneat: aut aqua calida arti-
os fovebis aut vino lavabis, quod si utrumque feceris,
ius est.

Ad contusionem pedum, Pelagoni apopiras. ficus siccas 227
ı sale contunde et ungulis imponis.

XVI. Ad ozaenas ait.

Atramentum sutoricium, gallas, alumen aequis partibus 228
sum cum axungia misceto et mali corium cum aceto
nitro adunata omnia imponito.

Item aliud. ficus et sinapi contunde et cum aceto 229
ce et cum aluta patienti impone, tertio die solve. si
il senserit, renova medicamentum et iterum post ter-
m diem solve et cum melius habere coeperit, articu-
os vino lavato et solutum dimitte.

Item aliud. opopanacem cum farina hordeacia coques 230
modum cataplasmae et impone.

---

1. 2 *inverso ordine in codice leguntur* ‖ 3 sed] *fortasse* et ‖
negligentia (*puncta Politianus posuit*) | conserunt ‖ 6 me-
llis ‖ 10 integre saneque ‖ 13 inherens ‖ 18 ozinas ‖ 19 adra-
entum ‖ 22 senapi ‖ 25 cęperit ‖ 27 ypopanacem

231 Item ut equo ungulae crescant. alii capitula ⟨tria⟩, rutae manipulum, aluminis tunsi ac cribrati — VI, axungiae veteris p. II, stercoris asinini manum plenam: omnia conteris et cotidie uteris.

232 Item ad ozaenas. fabam coquis in aqua et postea conteres cum melle et in panno induces. sanus fit. 5

233 Item si a rota vexaverit ⟨pedem⟩, bulbum rufum et mannam turis conteris et imponis, post tertium diem solvis et iterum similem curam imponis; post malagma uteris. 10

234 Item ad tumorem pedum. euphorbii — III, salis sordidi — III, picis liquidae scrp. IIII: omnia una decoques et tumori articulorum superimpones. sane si et dolor in articulis et urigo permanserit, prodest stercore bubulo articulos inlinire. curabis. 15

235 Ad detritas ungulas. aceto calido ungulam foveto, deinde marrubium cum veteri axungia et rustico absinthio permixtum, ungulas perfricabis. miraberis, et si volueris ungulam solidare, hoc medicamine ungulam perfricato.

236 Ad suffusionem in rapo equi. decussem de ferro facis 20 ita, ut sanguis exeat, et nidum hirundinis sic tolle, ut excipias ne terram contingat. hunc in aqua infunde et colatam eandem aquam per triduum dabis. miraberis.

237 Ad famicem. si iam aperta fuerit famix, grana salis cum aceto apertae ungulae imponito. furfuribus calidis 25 ungulam foveto et post triduum, si iam umor fluere desierit, alumen scissum cum sinopide et aceto commisce et pone. cum fervor quieverit, porcinum veretrum loco apertae ungulae destillabis. cum non claudicaverit, solvis et bituminabis. 30

---

1 ungule crescrant | ⟨ ⟩ *ex H explevi* ‖ 3 manuplenam ‖ 4 quotidie ‖ 5 ozinas ‖ 9 inponis ‖ 11 euforbi — III *R* *εὐφορ-βίου γō β' HP* ‖ 12 — III *R* *γō δ' HP* ‖ 13 araculorum ‖ 14 auriculis | rurigo ‖ 16 detritus | callidō ‖ 17 rusticho ‖ 18 mirabiris ‖ 20 decus ‖ 21 hyrundinis ‖ 23 mirabiris ‖ 24 iam] tam ‖ 25 *callidis ungule* ‖ 28 feruore ‖ 30 uituminabis

Ad suffragines. alumine et lipara cum aceto acri loca 238 assidue perfricato.

Si equo fistula in corona fuerit nata, aeris flos ex 239 aceto acri permisce et cum siccaverit inicies in fistulam 5 et calciabis. post tertium diem solvis, sanam fistulam invenies.

Si equus sibi pedem rodere coeperit, stercus caninum 240 sed liquidum cum acrissimo aceto permisces et pedes inlinis assidue. miraberis.

10 Mollitiem ad colla mularum sapone lavabis, postea 241 cum aqua caelesti oleum quantum sufficit et ovi alborem immisces et omnia in se diligenter agitas et sic uteris.

Ad colla mularum. astulas de fico putres, id est de 242 medio arboris, siccas comburito, ita ut paulatim se in 15 loco mundo insumant, et cum combusseris et in cinerem redegeris, ipsum cinerem cribrato; postea mittis in mortarium cum vino veteri olei tantundem et album de ovis duobus atque omnia simul commisces et cum necesse fuerit, uteris. certissima est cura.

20 Si colla vel dorsum mulae ruperint, cerae lib., 243 resinae frixae — IIII, aeruginis — II oleo decoque et uteris.

Item ne colla rumpant mulae aut si ruperint, sic cu- 244 rabis: adipis porcinae recentis p. II, aceti sextarios II ad 25 tertias decoque et cola et utere.

Ad dolorem cervicis. detrahendus est sanguis et 245 calidis unctionibus utendum est, cera, oleo, axungia vetere, nitro, pice liquida, sulphure, baca lauri: haec vino permixta, omne corpus perfricabis, et si necesse 30 fuerit, etiam in balneum inducis. post hanc curam potionabis sic: zingiber, petroselinum, argivum, cyminum,

---

1 alumine et lipara] *στυπτηρίας λιπαρᾶ H στυπτηρία λιπαρᾶ P* ‖ 4 agri | iniciet ‖ 7 rodere *Sarch.*: prodere *R* ‖ 9 mirabiris ‖ 11 sufficiet obi ‖ 12 inmiscis ‖ 16 redigeris ‖ 21 euriginis | decoquo ‖ 24 sextarios II] s̄s̄ — II *R* *ξέστας δύο HP* ‖ 25 cola et *scripsi:* colet *R* coletur *Sarch.* 28 hec

opium, bacas lauri, mel, cum vino omnia permixta calida dabis.

246 Ad dolorem cervicis vel ad contractionem nervorum qui in cervice sunt. cauterianda est cervix ex utraque parte subtiliter, postea axungia perungito; post dies septem aqua calida lavato et siccata unctionibus thermanticis perungito, lana vel pellicula cervicem circumdato.

247 Compositio liparae. spumae argenti — VI, cerae lib. II, cerussae — VI, turis pollinis — IIII, medullae cervinae — II, olei p. II: haec in unum commixta et cocta, uteris.

248 Ad ozaenas, apopiras Pelagoni. speclaria cocta et in pulverem redacta mittis in acetum et ferveant. panno inlitum articulis imponis, sed prius eosdem articulos psilothro levigabis.

249 Ad detritas ungulas. absinthium viride cum axungia veteri et sale contunde et ungulas aceto acrissimo perfricato.

250 Ad ozaenas. fabae cum lotio coctae et aeruginis modicum superspargis et ea loca prius aceto lavabis et in linteolo uteris. certissimum est.

251 Item ad ozaenas liquidas. sinapis bene triti ... aceto permixtum cum lasere modico imponis.

252 Ad ossilagines vel nervos crassos vel ad ragadia in nervis aut si forte ab axe fuerit percussus aut umor aliquis fuerit aut duritiolam fecerit, sic curabis: mannam, aceti austeri hem., euphorbii — II, bacarum lauri — II, picis liquidae unc. II, sulphuris — II, axungiae porcinae lib., sinapis Alexandrini — III, cymini — IIII,

---

1 oppium | callida ‖ 4 cautherianda ‖ 7 circundato ‖ 9 *ψιμμυθίου γō γ′ HP* | turis pollinem — IIII *R λιβάνου ἄρρενος γō δ′ HP* | medulle ‖ 10 hec ‖ 11 cotta ‖ 12 ozinas | pelagonii peclaria ‖ 14 inponis | philothro (*praeterea in marg. manu Politiani* psi-philothro) ‖ 16 absentiū ‖ 17 pfrigato ‖ 18 ozinas | loteo cottae (*aut* cottat) eruginis ‖ 19 et ea] *fortasse* sed ea ‖ 21 ozinas ‖ 24 umor] tumor *R χυμός M* ‖ 25 *μάννης γō β′ M* ‖ 26 austeris hem̃ *R αὐστηροῦ ας′ M* | euforbi ‖ 27 *πίσσης ὑγρᾶς γō δ′ M* | porcine

absinthii Afri viridis — VI, calcis vivae — III, feclae — VI, turis masculi — III, resinae aeronalis — VI, stercoris columbini — VI, ervi pollinis — III. omnia permixta imponis et duritia solvitur et cetera sanantur.

253 Ad durandas ungulas. hederae seminis partes duas, aluminis rutundi partem unam contundis et ungulis alligabis per dies multos.

254 Pedes subtritos foveri aqua calida oportet axungiaque ungi, dehinc testam candentem ungulis admoveri, donec impatienter ferat; alio post et sulphure simul contrito lamina candente inuris bis in die per triduum. id etiam bubus fieri convenit.

255 Poplitibus autem medendum, quibus est umor: cerae, bituminis, sulphuris vivi, aequis ponderibus igne remittito calidoque poplites perungito vel furfures cum aceto imponito.

256 Item si equus coronam torserit aut extorserit aut laxaverit, hoc est quod dicitur stremma, quam sic intellegimus. comprehendis duabus manibus ungulam et introrsum torques: si vehementer dolet, certum est intortum unguem esse. id equi curules frequenter in certamine patiuntur, cuius hunc ordinem curae accepimus a maioribus, qui est talis. sanguis a corona mittendus est et ipsa corona scarifanda et confricanda aceto et sale; tunc lana sucida cum oleo et vino articulo et ungui imponitur et frequenter aqua calida unguis fovetur similisque medicina tertio die adhibetur, sed cotidie ligatur et suffundes per dies duodecim. sane si nihil profecerit cura, tunc necessitate cogente subter molliter raditur scalpello famicali et [a] quaternarii magnitudo tollitur, aut si plus pendet, usque ad vivum ungula aperitur, sic tamen ne os tangas. si autem

---

1 asynthi | *σφέκλης γō γ′ M* ‖ 2 ęronalis — VI *R* *τερεβινθίνης γō ς′ M* ‖ 3 herbi pollinem ‖ 5 hedere ‖ 10 allio ‖ 11 candete ‖ 14 ignē remittịto ‖ 15 inponito ‖ 18 laxaverit] *fuẹrit* luxaverit | stremmạ *Sarch.*: sterma *R* | intelligimus ‖ 20 torquens ‖ 21 esse. id *Buecheler*: sed *R* (*τοῦτο δὲ κτλ. H* ‖ 22 accipimus ‖ 24 scaricanda ‖ 28 proficerit ‖ 29 quaternarii *Buecheler*: aqua ternarii

nimius sanguis eruperit, pannis mollibus carptis cum oleo
et aceto et salibus minutis et cum stercore ipsius equi
articulum cum ungula alligabis. post tertium diem cale-
factiones facies. si caro excreverit, aut styptico aut trau-
matico uteris saepiusque scalpello cornum ungulae pur- 5
gato et tollito, ut aequaliter crescat. tunc malagma cruda
uteris et lente ambulare coges. novissima autem medela
est inurere, si necesse fuerit.

257 Item si equus in articulis aut armis crassiores nervos
aut tubercula habuerit, inure si necesse fuerit, aut si a 10
locis compagines articulorum recesserint, ex necessitate
sanguis emittendus est et loca ipsa minute scarifanda.
tunc similis cura adhibetur: lanam sucidam et oleum cum
aceto articulis imponito per dies quattuor, ita ut cotidie
cures. post calido medicamine solidandi sunt articuli, 15
cuius haec est compositio: sinapis sext. et scordium
in unum contunde, aut si vehementius calefacere volueris,
etiam galbani — III cum ceteris suprascriptis misceantur,
medullae cervinae — III et aceti quod sufficit.

258 Item si equus in articulis aut in armis crassos nervos 20
habuerit, sanguis ex necessitate de ipso pede detrahendus est
et aqua calida diutissime loca ipsa fovenda sunt et calida
vino et oleo cibario per dies quinque confricanda sunt. tunc
si armus in causa fuerit, in piscinam eum, ut natet, de-
mitti placet. si nihil profuerit, necessitate cogente urito 25
reticulatim. usta curato ut supra scriptum ⟨est⟩.

259 Si suffraginem miseram aut tumidam habuerit, cilicio
confricato, usque cum sanguis eiciatur; inde farinam ervi
melle consparsam panno induces et suffraginem ligas et
triduo permaneat. 30

260 Item ad ozaenas, apopiras Pelagoni. panem cibarium
in aquam infundito et postea in mortario teres in modum

---

8 inurire ‖ 15 callido ‖ 16 hec | *σινήπεως κεκαθαρμένου λίτραν α' HP σινήπεως κεκαθαρμένης λ. α' M* | scordum (*om. HM*) ‖ 18 cum ueteris $\overline{ss}$ ‖ 22 callida | 23 callidā *R* calido *Sarch.* | confrigandi ‖ 24 dimitti ‖ 26 ut $\overline{ss}$. ‖ 28 confrigato | eicia-*tur] fuerit* eliciatur | herbi ‖ 31 ozinas

cataplasmae et alutae inducito. postea aeris flos minutum et tritum et in pulverem redactum supra panem, qui alutae inlitus est, spargis quod satis est, et articulis aut iis locis quae ozaenosa sunt, admoves et lino dili-
5 genter tartarali constringes per triduum, inde solvis. rursum similis medicina adhibetur, rursus solvitur: sic triduo sine medicamine sit. ⟨si⟩ sanus fuerit, sufficit medicina; sin aliter, curetur, ut ter intervallo dierum novem curetur. sane cum alutam imposueris pedibus, equum artius reli-
10 gato, ne se mordicus vexet, et certissima cura est.

261 Item ad nervos articulorum vel ad minuta aut ad luxum. cupressi folia tundis et teris et farinam de hordeo simul admisces et decoquis in vino et oleo sufficienti et facis cataplasmam, quam mittis in pilum et tundis cum
15 aro Gallico bene purgato et cum hibisco bene discocto et facto bene minutatim. quod posteaquam tuderis diligenter, pro emplastro inducis et ligas. sane antequam cataplasmam commisceas, prius arum Gallicum purgatum cum hibisco discocto et modica axungia tundis et sic
20 superadicis cataplasmam de farina hordei et foliis cupressi coctis in vino et oleo. hoc facies diebus novem, sed ut alternis cures.

262 Ad nervorum crassationem. faenum Graecum, caricas Afras pinsas et cum vino imponis; post tertium diem
25 solvis.

263 Item si de itinere longo tumor aut in articulis aut in genubus fuerit, prodest aqua frigida tumentia loca fovere aut in fluvio aut in rivo non alte deambulare; inde spongiam cum lasere et aceto ⟨et visco et vino de-
30 cocto⟩ et axungia impone. utilissimum medicamen est.

---

1 flos minuta ‖ 4 his | que ozynosa ‖ 5 constringes *Sarch.* confringes *R* ‖ 8 intervallo dierum *Sarch.* intervallum dieb; *R* ‖ 12 folia tundis et teris] Foliatum desetteris *R* folia tunde seu teris *Sarch.* ‖ 13 decoques ‖ 14 tundis cum aro *Sarch.* condis cum auro *R* ‖ 15 ibisco | discotto ‖ 16 *an* tutuderis? ‖ 18 aurnm ‖ 19 irisco ‖ 20 ordei ‖ 21 cottis ‖ 23 fenum grecum ‖ 29 laserę | ⟨et visco et vino decocto⟩ *addidi ex H* *καὶ ἰξοῦ καὶ οἴνου ἀφεψημένου* (*ἀφηψημένου P*) ‖ 30 medicamine

264 Item medicamen ad pedes subtritos. picis selib., aluminis selib., hederae folia quod sufficit dito omnia simul et equo laboranti cotidie ped gito. optimum ferunt medicamentum.

265 Ad colla deflagrantia aut ad suffragines: axung cerae lib., aluminis [—] sextantem, alii capitula contrita simul in caccabo decoquuntur.

266 Ad orthocyllos. orthocylli sunt, quibus pede pandi fuerint introrsum contra ventrem ungul axungiae lib. II, malvae erraticae lib. coq posca et fomentas diutissime. axungiam misces taplasmas.

XVII. PAPIANO SVO AIT

Ad opisthotonos, Apsyrti.

267 Diligentissimum nutritorem equorum ante o vitium et hanc infirmitatem observare conven enim de opisthotonis multa dixerunt nescientes ex causis opisthotoni fiant, nec intellegentes sig tudinis qualia sunt. quod nos multo labore d signa morbi huius quaerendo invenimus. quae s collum extensum est nec incurvari potest, caput mile, aures rigidae nec flecti possunt, oculi mino in facie vel pellis ipsa tensa et rigida, labra gravia, nec aperire os aut oscitari potest, sed ne aut cibum sumit civiliter et cauda ipsius erecta se incurvare potest aut de latere inspicere, gress sine disciplina ponit, pedes posteriores prioribu imponit sic ut ungues rigore ipso trahat, prior

---

1 medicamine ‖ 2 hedere ‖ 5 defraglantia ‖ 6 allii δων κεφαλῶν οὐγγίας β' Η σκορόδων κεφαλῶν οὐγκίας 8 horthogyllos orthogylli ‖ 9 pandi] spandi *R* *Sarch.* ‖ 14 Absyrti ‖ 15 omnia] omis ‖ 18 intellige aut oscitari] os aut *R*[1] os aut (oscitaueri) — *Politianus*

flectere non potest et omnia membra ipsius tensa sunt in posteriorem partem, et aut nunquam excutit se aut difficile, et nec in priorem partem procedit, sed retro in se ipsum recidit. hi et difficile urinam faciunt et cum se proiecerint et rursus levare voluerint, de posterioribus se difficile elevant, sed a renibus subsidunt, unde et nomen opisthotoni tractum est.

Curari autem eiusmodi genus passionis hieme difficile est, aestate si diligentior fueris obtinebis sic ut ante unctionibus utaris his: adipes porcinas, resinam terebinthinam, ceram, piper tritum, haec omnia oleo misces. multi ervo cocto cum aqua caput fovent, idem et hordeo faciunt. multi in stercore obruunt animal quod patitur, id est aut equum aut mulam, aut in calida harena idem faciunt. facit etiam et haec potio: piperis grana X, cedriae ut supra pondus, nitri *ὁλκὴν* unam, *ὀποῦ Κυρηναικοῦ κυάμου μέγεθος*, haec omnia terito singula et in unum misceto, addito et olei hem. et vini summi sext., inde bis in die potionas. multi etiam hoc prodesse dixerunt, sanguinem bubulum recentem per cornu in fauces infundere. sane si sanguis ad horam non fuerit inventus, *λιβανωτοῦ ὁλκὰς* tres, sales ipsius ponderis cum vino dabis. haec multi et magni viri prodesse dixerunt, nos et consuetudine et usu potius haec profuisse et prodesse memoramus: adipis porcinae scrp. XVI, adipis caprinae scrp. XVI, resinae terebinthinae scrp. IIII, olei cedrini hem., olei cibarii sext. IIII: haec omnia misceto in aqua, in qua nitrum et sales fuerint cocti, singuli VIII. hoc calido medicamine ungimus aegrum

6 se] sed ‖ 7 tractum *scripsi:* tretum *sive* cretum *R* creatum *Sarchiani* ‖ 8 hyeme ‖ 10 terebentinam ‖ 11 piperis triti | herbo cotto ‖ 12 horde ‖ 14 callida ‖ 16 pondis (*aut* pondus) nitrio ΛΚΗΜ VΝΑ˜ ΤΙΟΥΚΥΡΗΝΑΤ ΚΥΑΜΟΥ ΜΕΓΕΘΟC (*correx. Polit. sic* nitri *ὁλκὴν* unam *οπου κυρηναίον κὔάμου μέγεθος*) ‖ 17 oleo ‖ 22 ΛΙΒΑΝΩΤΟΥΤΟΛCΤ sales (*Politianus in margine λιβανωτον*) ‖ 24 usu potius] usui pot *R* usu potissimum *Sarch.* ‖ 26 terebentine | scrp. IIII] sext. IIII *R* *γράμματα δ' HP* ‖ 27 cibari | hec ‖ 28 sale ‖ 29 hic | egrum

pecus, et per nares infundimus eiusmodi cura
porcinae quantum aestimaveris cum oleo et vin
ferveant simul, et uteris. frequenter et medic
sumus in ipsa curatione διὰ βδελλίου malagma
carbonibus oleo communi vel cyprino et inde ca
cum cervice et omne corpus foveto. post ha
cooperimus sagis et in sole calido sedentes
tripodo usque ad sudorem, sudorem sabanis d
diligenter, et rursus ipso medicamine suprascrip
ungimus et pasci permittimus. haec faciente
usque cum et curam sentiat, et ceteros cibos ian
praebemus miscentes sane hordeo et ciceris aliq
potum cum vino praebebimus. hieme sane
calido loco, unctionibus quam calidissimis utatu
et eundem ungi pice liquida cum oleo et exerc
supra scriptum est, sic tamen ne pix multa corii
cum sudaverit. in ipsa autem necessitate pass
guinem detrahere inutile est. multi cauteriis
etsi evaserit cauteriatus, inutilis viribus erit et
270 minus valebit. Ostendam sane quibus ex causis
contrahitur: nimio sole cum iter facit et cum
causa de priori pede claudicaverit et cogitur a
aut ambulare et propter hoc sudaverit, consequer
tudo suprascripta subsequitur; aut hieme cum
itinere aut exercitatione sub divo in frigore au
frigido aut umecto steterit aut in marmorato a
sellato, vel frigore maxillae obstupuerint et ci
ceperint; et si forte armum laeserit et post cur
armi diu aut dormiverit aut in ipso armo iacuer
subsequuntur. haec sunt quae opisthotonum fa

271 Ad opisthotonos Eubuli, quod est vitium
qui retro trahunt. sanguinem de cervice detral
in balneo sudet aut unctionibus iis curato, q

---

2 estimaueris ‖ 4 curatio ΔΙΑΒΔΕΜΙΟΥ ‖ 5 ciprin
behimns hyeme ‖ 14 prodeest ‖ 15 exerceris ‖ 16 leda
etsi] Et si *R* at si *Sarch.* | cautheritus ‖ 2
‖ 26 tessalato ‖ 28 leserit ‖ 30 que ‖ 33 h

faciant corpus; inde bacas lauri cum nitro et lacte caprino decocto cum melle et ruta et pipere albo et cum suo sanguine potionabis.

Item ad opisthotonos, Emeriti. ante omnia cauteriari 272
5 oportet et prosunt calidae potiones, aut laser aut cyminum aut anethum aut alium aut bacae lauri: horum quodcumque cotidie cum vino datum perducit ad sanitatem.

Item unctio Optati ad curam suprascriptam. cerae 273 lib., resinae — IIII, opopanacis — II, medullae cer-
10 vinae — II, olei styracini — III, olei laurini — IIII: haec omnia decoque et in sole aut in loco calido utere.

Item alia unctio Emeriti. cerae lib. et picis liquidae 274 lib., opopanacis lib., olei boni sext.: haec omnia decoquis et postquam decoxeris, iunge aceti quod sufficit.

15 Item alia. bacae lauri sext., cymini sext., sulphuris 275 vivi — III, galbani — III, resinae <— I>, olei sext. II: haec decoques et sic uteris.

XVIIII. De dentibus omnium ait.

Equus habet dentes XLII, equa XXXVI, mula XXVIII, 276
20 asinus XXXII, asina XXV, aries XXIIII, verbex XXIII, ovis XXI, hircus XXV, capra n̄. XVIIII, taurus XXVI, bos castratus XXIIII, vacca n̄. XXIIII, homo masculus n̄. XXXII, spado n̄. XXVIIII, mulier n̄. XXX.

Pondera sane Attica nostratibus ita comparantur, ut 277
25 dragma una sit scrp̃. III s, cotula olei ponderis sit scrp̃. VII s, id est cyathi VI s; obolos Atticos sextarius dragmae est.

---

4 cautheriri ‖ 5 callidę ‖ 6 anetum | allium | bace ‖ 9 apopanacis ‖ 10 storacini ‖ 13 ypopanacis ‖ 14 unge ‖ 15 baca ‖ 16 < > *addidi ex M* ‖ 17 hec ‖ 24 nostratibus *Sarchiani:* monstrantibus *R* ‖ 27 dragma

XVIIII. Praecantatio ad equos hordiatos s tortionem, Apsyrti apopiras ait.

278 Equus aeluris florinacus orcus cognatos orcus orco indit. vidi non nego pedem orco, si tortionatus, s. diatus, si lassus, si calcatus, si vermigeratus, si vulne: si marmoratus, si roboratus, si equus non poterit nocivum quia video orcum, his carminibus istis equis remedium. hoc carmen in aurem dextram equo di 'semel natus, semel remediatus' et spuis in aurem: mediasti, si frequenter incantaveris.

·XX. PELAGONIVS FALERIO SVO AIT

De muris aranei morsu vel de percussu phalangionis aut viperae morsu.

279 Mus araneus perniciem quam tulerit suo corpore luit. nam animal ipsum oleo mersum necatur et cum imputruerit, conteritur eoque medicamine quandoque morsum muris aranei inlinis; vel si id non est, cyminum conteritur eoque additur exiguum picis liquidae ⟨et⟩ axungiae, ut lentorem malagmatis habeat: impositum perniciem submovet. vel si antequam tumor discutiatur, in suppurationem converterit, optimum est ignea lamina collectum resecare et quicquid vitiosi est inurere atque pice liquida cum oleo linire.

280 Est etiam praesens remedium, ne equus morsu muris aranei contingatur. animal vivum creta figulari circumdatur, quae cum induruerit, collo pecoris suspenditur. ea res innoxium pecus a morsu muris aranei praebet.

281 Item ad morsum muris aranei. mus araneus quanto

---

1 precantatio ‖ 2 absyrti ‖ 4 nõ nego | ordiatus ‖ 7 nocivum quia vidi (*vel* video) orcum his *Buecheler Mus. Rhen. 45, 333:* Noctuũ quia uideor cũ iis *R* ‖ 12 palangionis ‖ 13 uipere ‖ 15 imputauerit ‖ 18 liquide ‖ 24 presens ‖ 25 circundatur que ‖ 27 prebet

maior est, tanto maiores imprimit morsus, quanto minor
momorderit, tanto facilius curatur. his autem omnibus
peior est morsus praegnantis muris et manifestus est;
qui tamen facile intelleguntur, si maior tumor in corpore
5 equi appareat. hoc modo succurrendum esse certissimum
est: alio trito cum nitro aut, si nitrum non fuerit, sale
et cymino tumores et morsus suprascriptos confricabis.
si autem tumores inruperint vulnera, posca eadem vulnera
diluis et hordeum combustum et in cinerem redactum
10 vulneribus spargis et nihil aliud feceris, quia magis in-
crescunt vulnera, si alio medicamine curaveris. potionem
sane anethum tritum cum cedria et cum vino dabis.

Item si equum phalangio percusserit, piperis —, 282
pyrethri sem., uvae silvaticae —: singula terito, cum
15 vino faucibus infundito.

Item si vipera aut phalangio aut mus araneus mo- 283
morderit, prodest terram formicarum cum vino faucibus
infundere aut ipsa vulnera confricare. sed et verba reli-
giosa non desint. nam Sol peculiariter dominus equorum
20 invocatus ad medelam adest. quem hoc modo, cum ter-
ram talparum coeperis tollere, invocabis: ictu, Sol divine
calide et frigide, tantum mihi abalienasti. hoc dices et
suprascriptam medelam faucibus infunde.

Item si equum in itinere, ubi desunt necessaria, vipera 284
25 percusserit, prodest piperis grana XXX cum sext. vini
veteris per cornu faucibus infundere, aut herbam thy-
mum tritam et datam cum vino prodesse adseverant.

Item si mus araneus equum momorderit, malvam 285
contusam imponito.

30 Item si equus aut vipera aut ab aliquo noxio ani- 286
mali fuerit percussus, sic curabis: ervi radicem conterito

---

3 pregnantis ‖ 4 intelliguntur ‖ 6 allio ‖ 8 si at̃ ut umo-
res *R* ‖ 9 diluisset ‖ 12 anetum ‖ 13 spalangio ‖ 14 sem.]
γō αs′ *H* γō c′ *P* ‖ 16 spalangio ‖ 20 medellam ‖ 21 talparum]
ꝑtalparum | diuinę callidę et frigidę ‖ 23 medellam ‖ 29 con-
tunsam ‖ 30 aut vipera] *an* a vipera? ‖ 31 herbi

et in oleo infundito et cum vino veteri impones. hirundinis pullos ore dissipatos locis quibus per est, admoveto et ipsum nidum cum vino veteri t locis ipsis impone.

XXI. Potiones vel curae ad colicos vel ad qui a faeno malo laeduntur.

PELAGONIVS LVCILIO SVO AIT

287 Colicorum signa non omnibus nota sunt, quia n dissimilis est passio a ceteris, qui intrinsecus aliqu dolent, nisi quia maiora tormenta et crebriora in colici quam in cardiacis aut in tortionantibus reperimus: cuiu haec signa frequenter agnovimus. primum cum stat, repente concidit, ut adreptum putes; deinde si satis suspensus fuerit, statim subsequitur dolor et iacet nonnunquam et cum frigidam acceperit aquam, tremit, sudat, anhelat, aestuat dolore nimio. cui succurrendum hac potione Celsus iubet.

288 Compositio ad colicos. asari Pontici —, petroselini —, feniculi seminis —, piperis nigri — II, marrubii —, abrotoni —, anethi scrip. III, ligustici —, centaurii seminis —, chamaepityis sem., eupatorii scrip. IIII, pulei acapni —, rutae —, apii seminis —, zingiberis semunciam, mellis optimi p. II; mel despumas, illa omnia contundis et cernis et melli miscebis, deinde instar magnitudinis nucis Abellanae cum aquae tepidae sext. dabis: certissima medela est. sane si dolor perseveraverit, feniculi seminis coclearia quinque bene trita cum vini sinceri sed cibarii sext. dabis.

---

2 hyrundinis ‖ 5 cholicos ‖ 6 feno mala leduntur ‖ 10 maior | cholicis ‖ 11 repperimus ‖ 12 hec | cum stat *Sarchiani:* constat *R* ‖ 18 colichosas ari | *ῥέον Ποντικοῦ γō α' HPM* ‖ 19 *πεπέρεως μέλανος γō α' HP* | marrubi ‖ 20 aneti | scrip. III] *γράμμα ἓν HP* | centauri seis ‖ 21 cameprtis | silpotorium ‖ 23 zingiberis semen *R* *ζιγγιβέρεως τὸ ἥμισυ HP* ‖ 25 tepide ‖ 26 medella ‖ 27 clocliaria | sinceris s; cibabis

Item aliud. clari mellis coclearia quattuor, pollinis 289
turis —, aceti coclearia quinque, vini veteris hem.: haec
simul deteris et dividis potionem ipsam in tres partes
et per triduum non per cornu, sed de ore in os deicis
5 et deambulet sago coopertus.

Item aliud, Emeriti. piperis pro modo et de ventre 290
pulli pelliculam suspensam fumo siccabis et tritam cum
vino et pipere dabis.

Equum a faeno malo laesum sic intelleges: oculis 291
10 erit incertis et semper micantibus, gradum habebit incertum. huic sanguis de matrice detrahendus et debrachiolandus est et potionandus caricis cum vino decoctis. hordeum tamen non dabis, sed potionem duplicem, et iis
uteris quae urinam moveant.

15 ## XXII. De caudae mobilitate.

Si equus nimium mobilem habuerit caudam, partem 292
superiorem caudae ad vertebram incidito usque ad mediam
commissuram, sed ne praecidas curato. vulnus sanum
cum fuerit, caudam habebit stabilem atque erectam. ii autem, qui eiusmodi caudas habuerint, plerumque in proba
recusantur.

Si equo cauda defluere coeperit, faeni Graeci semen 293
et lini quod sufficit vino decoquito et cotidie lavato:
cito cauda crescit.

25 ## XXIII. Medicamina ad robur.

Robur si in posteriore parte erit, signa haec erunt: 294
crura inter se complicabit, erunt umeri et cervix usque
caput rigida, erunt oculi lacrimantes, sed et caudam rigi-

---

1 clocliaria | pollinem thuris ‖ 6 piperis] *καπέρεως H καππάρεως MP* ‖ 9 feno | lesum | intelligis ‖ 13 his ‖ 14 que ‖ 17 caude ‖ 18 precidas ‖ 19 hi ‖ 20 in proba *Buecheler*: inproba *R* improbi *Sarch.* ‖ 22 cęperit feni greci ‖ 25 MEDICAMINE

dam habebit. medelis his utere. cervices et lumbos urito usque ad crura, deinde clauso stabuletur calidissime, ita ut et carbones sine fumo ponantur. deinde loco suprascripto sale et oleo perungito per dies septem; inde cum usta ceciderint, lavato lotio humano et aqua tepida foveto⁵ et pro cibo dato frondem ficulneam et hordei quam plurimum et triticum aqua maceratum, calidamque praebere debes ut bibat.

295 Aliud. ante omnia loco calido stet et his utatur: piperis albi scrip. II, piperis longi scrip. II, croci scrp.,[10] murrae scrip., haec terito omnia et pastillum facito et potionem dato per os cum oleo et vino.

296 Item aliud. si haec defuerint, farinam triticeam aqua frigida diluito et offulas facito et dato ieiuno; aquam moderatam praebeto, ita ut sitiat, ut si potest, febriat,[15] quia interventu febriculae dissolvitur omne vitium suprascriptum. inde dato fabam solidam; si non habueris, dato tisanam; si horum nihil profuerit, necessitate cogente circum auriculas urito et collum transversis cauteriis.

297 Item alia ad frigus vel ad robur unctio. cerae lib.,[20] resinae terebinthinae — VIII, ⟨opopanacis — II,⟩ medullae cervinae — II, styracis — IIII, bacae lauri selib., olei laurini prout opus fuerit: haec in unum decoquito in aqua et inde aut in sole calido aut in balneo perfricetur usque ad sanitatem. [25]

298 Ad eundem morbum. turis pollinis selib., vini veteris quod sufficit.

299 Ad eundem morbum potio. opopanacis — II, styracis — III, gentianae — III, mannae croci — II, vini veteris quod sufficit, simul dato. curabis. [30]

300 Potio ad robur. picis liquidae — II, bacarum lauri

2 callidissime ‖ 5 usta] ista | litio | 6 ficurneam ‖ 7 prebere ‖ 9 ante omīs | callido ‖ 14 offalas ‖ 15 ut si] *fortasse* et si ‖ 19 Auriculas uriculas | cautheriis ‖ 21 terebentinae | opopa-nis — II *addidi ex Vegetio* ‖ 22 bacas (*an* bacarum?) ‖ 23 lau-rini *R* irini *Veg.* ‖ 26 pollinem ‖ 28 ypopanacis | storacis

b., nitri —, turis pollinis —, panacis radicis —, vini xt. II, olei sext.: haec omnia trita vino et oleo miscebis dabis.

Item alia potio ad eandem passionem. bacarum lauri **301** b., nitri — I, turis —, silis Gallici —, petroselini —: aec omnia contusa et cribrata vino et oleo temperabis epidamque potionem faucibus infunde; et unctionem faies huiusmodi: bacarum lauri lib. II, picis liquidae lib., anacis radicis — I, turis pollinis selib., vini veteris ext. II, olei sext.: haec permixta sole tepido perungito. i nihil profuerit, caput adurito et pelle lanata caput conegito.

XIIII. Ad eos qui sanguinem meiant aut cacant ut per nares emittunt aut vomunt aut si sanuis nimius per venam percussam exierit et contineri non potest.

PELAGONIVS ARZYGIO SVO

Frequenter equos, etiam cum sani sunt, nimius san- **302** uis nocet. interdum enim cum copia sanguinis erit quaunque, erumpit et profluit, quod ut ne accidat in geneoso custodiemus; frequentius etiam attenuati et miseri qui urina sanguis est: sed hic aut nimio ascensu aut abore ponderis aut itineris, ille otio et nimia pinguedine. quod cum acciderit, his curari convenit. si otiosus equus aut pinguis urinam sanguinem fecerit, sanguis de matrice detrahendus est et potionandus est lacte caprino, amulo, ovis III et herbae urceolariae suco, attenuato autem sanguinem detrahere contrarium est.

---

1 lib.] *γō α′ M* | nitri —] *νίτρου ματρονικίου γō* c′ *M* | panacis radicis —] ypopanacis radicem *R* *πάνακος ῥίζης γō α′ M* ‖ 2 trita] ita ‖ 5 lib.] *γō* ς′ *M* ‖ 6 cõtunsa ‖ 9 radicẽ | pollinẽ ‖ 10 permista ‖ 17 ARZIGIO *R* *ἀρσίπῳ H* *ἀρσίπω P* *Ἀρσιγίῳ M* ‖ 18 equos] equis *Sarchiani* ‖ 23 pinguidine ‖ 27 orciolariae

303 Item potio ad ipsos certissima. tracanthi sem. in vino infundes, opii scrp. IIII, styracis scrp. III, nucleos pineos CCX: haec simul deteris diutissime et magnitudinem nucis Abellanae cum vini sext. per cornu faucibus infundes per dies septem. hoc etiam et hominibus prodest fabae magnitudinem cum ovo dedisse.

304 Item si sanguinem reiecerit, prodest genestae sucum cum vino dare aut porri sucum ⟨cum⟩ lixivo et oleo faucibus infundere.

305 Item si sanguis per nares fluxerit, linteolum et lanam combures et per fistellam in nares exsufflas.

306 Si equis spuma per os fluxerit cibique fastidium sustinuerint, rosmarinum in aqua infunde et inde os foveto, addito et folia lentisci.

307 Item aliud Columellae. si sanguis per nares fluxerit, periculum adfert; quod reprimitur infuso naribus viridis coriandri suco.

308 Ad eos qui sanguinem meiant aut cacant, Flori. sanguis de palato mittendus est et asphodeli radicem cum vini sucidi sext. II deteris diligenter et farinam triticeam diligenter cernis, rossyriacum in aqua diu decoquis et commixta omnia diligenter per os faucibus infundes; sane non multum ambulet. praeterea ventrem aqua et nitro perfundis, similiter et faenum et hordeum. rursus si per nares fluit sanguis, aqua satis frigida caput ipsius fovebis adiuncto in aqua modico sale.

309 Item ad eos qui sanguinem vomunt. absinthium, spicam nardi in caccabo novo in aqua decoques et potionas.

310 Item si sanguis nimius per venam percussam perruperit, osticinum conterito minute et apponito in plagam; aut si defuerit, stercus ipsius equi fluentibus venis admoveto, aut si perseveraverit, urito subtiliter propter nervos.

---

2 *στροβίλια ἀριθμῶν ιβ' H στροβίλια ἀριθμῶ ιβ̄ P* ‖ 7 r[illegible]icerit prodeest geneste ‖ 12 equos spumam per os luxerint (*f[illegible]rtasse* spumae — fluxerint) ‖ 17 coliandri ‖ 19 asfodeli ‖ 23 p[illegible]e*terea* ‖ 24 *fenum* ‖ 30 hosticinum | minutę | aut] au

Item aliter. floccum tomenti intinctum oleo venae **311**
dmoveto aut assem ligneum in vena, de qua sanguis
uit, deponis et ligas. praesens remedium est.

XXV. Dē vulneribus vel de emplastris.

Si in dorso ulcus erit, tithymallum cum melle et **312**
itro uvaque passa simul levigatis et ervo molito, mixtis
teris.

Item si vulneribus pili nati fuerint et cicatricem coire **313**
on siverint, cancrum et uvam passam silvaticam, levigata
ı aceto fervescant et ulceri imponito; vel rossyriacum
cum⟩ satureia et sale hammoniaco simul levigato et
ıelle mixto decoquito. prodest.

Medicamina ad omnia vulnera. turis scrp., aluminis **314**
crp., sevi bubuli scrp. VIII, olei cedrini acetabulum,
lei communis hem. dimidiam, cerae quod sufficit. sane
um crusta cauterii ceciderint, tithymallum cum melle et
ıitro unguis; si autem citius vulnus sanare volueris,
chamaeleontis radicinam combustam vulneribus sparges.
si vulnus putruerit, hellebori nigri scrp. II teris et cum
oleo cedrino uteris.

Ad omnia vulnera. ervum siccum frigito et tunsum **315**
cribrato; ante tamen calida vulnera fomenta et sic pulverem mitte.

Ad omnem tumorem. cretam cimoliam, ⟨oleum⟩ Hispanum cum aceto permisce, turis pollinis — IIII, bulbos **316**
tritos, cocleas tritas simul misce et tumentibus locis admoveto. si hiems fuerit, calidum imponito, si aestas, frigidum.

Si equus vulnus chironium habuerit, sic curabis: brassicae aridae radicem, cupressi pilulas, porrum sectivum, **317**

3 depones | ligans ‖ 5 dorsum | tithymallum] Titũ Malliũ *R*
tritum allium *Sarchiani* ‖ 6 herbo | mistis ‖ 9 sinerent ‖ 12 misto ‖
16 crusta (r supra a) cauteri | Titũ Malliũ ‖ 18 chameleontis ‖ 19 Mellebori ‖ 21 herbum ‖ 24 ⟨oleum⟩ Hispanum] hispanam *R* ἐλαίῳ
σπάνῳ *HP* ‖ 27 hiemps | callidum ‖ 28 huiτ̃ ‖ 29 aride

auripigmentum melle decoquito et omnia permixta vulneribus imponito.

818 Malagma. cerae lib. ⟨III⟩, resinae frictae lib. III, olei p. III, spumae argenti lib. III: omnia pariter permixta, uteris.

819 Malagma ad combusturam. corticem mali aqua coquis et imponis: miraberis.

820 Compositio malagmae. cerae Punicae — VI, iunipiri nigri — IIII, picis durae lib., bacarum lauri — IIII, resinae frixae — VI, piperis —, laseris — II, turis masculi — II, olei puri — VII, olei cyprini — II: haec omnia cocta in aqua frigida coire patieris, et cum in modum ceroti fuerit factum, articulo imponis.

821 Malagma ad nervorum dolorem vel tumorem. cerae lib., medullae cervinae — VI, murrae — III, pulveris cocliaria II pariter mixta coquis et uteris.

822 Causticum calidum. spumae argenti lib., nitri — III, hammoniaci — VI, misy — III, lepidae Cypriae — VI, resinae frictae — VI, cerae lib., aeris usti — III, cerussae — VI, olei sext.

823 Compositio caustici. picis durae lib., resinae frictae ⟨lib.⟩, resinae scabialis lib., picis Brittiae ⟨lib.⟩, opopanacis lib., galbani —, propolis —, castorei —, sulphuris vivi —, guttae hammoniacae ⟨—⟩, murrae troglitis —, styracis —, turis masculi —, bituminis Afri —, cerae lib., medullae cervinae — II, hyssopi — II, colophonii —, panacis radicis ⟨—⟩: haec omnia mollissimis carbonibus decoquis et cum necesse fuerit uteris.

824 Compositio traumatica ad omnem apertam ungulam confirmandam. chalciten, aloen, misy, aeruginem, aes ustum: haec tunsa melle permisces et aceto temperabis.

---

1 auripim̃tũ | permista ‖ 3 ⟨III⟩ *restitui ex HP* | fricte *R* *ἄφρας HP* ‖ 4 permista ‖ 8 dure ‖ 9 frixe ‖ 14 myrrę ‖ 17 hammoniachi | mysi | Cypriae] ciprini ‖ 18 resine | aerisusti] aesisti ‖ 20 dure ‖ 21 ypopanacis ‖ 22 p͛opolis ‖ 23 gutte | mirre ‖ 24 *ἀσφάλτου Ἰουδαϊκῆς γō ἓξ κηροῦ γō ἓξ HP* ‖ 25 ysopi | colofoni ‖ 26 radicem ‖ 27 decoqueris *R*[1] (er *litt. delevit Polit.*) ‖ 28 apertam *Sarchiani:* aperti ‖ 29 calciten | misy] nisi | ęsusti

Item alia. mellis —, aeruginis quod sufficit; mel **325**
ecoquis et cum frigidum fuerit, tunc ei aeruginem mittis
t acetum modice et sic imponis.

Malagma. cerae lib. III, olei p. III, spumae argenti **326**
b. III: omnia pariter permixta, uteris.

Pastilli ad omne genus valetudinis. iris Illyricae —, **327**
ristolochiae longae ⟨—⟩, gentianae —, argivi —, murrae —,
ulveris cicerculae —, hyssopi —, ari Gallici —, spicae
ıdicae —, abrotoni —, crocomagmae ⟨—⟩, turbisci —,
etroselini —, seminis apii —: haec omnia tunsa et cri-
rata cum vino et melle et piperis granis L, dabis sin-
ulis animalibus terna cocliaria per triduum.

Ad ulcus omne medicamentum. murrae ⟨—⟩ II, mellis **328**
yathos II, absinthii — II, absinthium tundito, oleum et
ram coquito; cum coxeris, frigidum fiat et sic absin-
ium mitte et subigito, ut ceteris misceatur, in panno
npone per triduum et dolori satis prodest.

Anacollema ad articulos et ad gambas et ad aquatilia. **329**
albani lib., styracis lib., bidellae lib., meconii lib., ru-
ricae lib., resinae terebinthinae lib., simulae p. IIII, men-
ıe selib.: haec decocta et tepida suprascriptis vitiis
lligato.

Anacollema ad armos. croci selib., turis pollinis selib., **330**
ıbricae Afrae selib., siliginis floris hem., bulbos Afros
. XX, cocleas Afras n. XX, mentae selib.: haec omnia
ɔntundes et cum aceto quod sufficit temperabis.

Anacollema frigidum. croci selib., turis pollinis selib., **331**
ıbricae selib., bulborum Afrorum selib.; coclearum Afra-
ım selib., simulae hem., mentae, aceti quod sufficit.

Anacollema ad armos sive ad lumbos equorum. simulae **332**
ṛp. II, turis pollinis lib., ova gallinacea III, sed album

---

1 eruginis ‖ 2 eruginem ‖ 4 spume ‖ 5 permista ‖ 6 ualitu-
ınis ‖ 7 longe | myrrę ‖ 8 ysopi ‖ 9 crocidragmã ‖ 10 api ‖ 13
ιύρνης γō ς′ *M* ‖ 14 absinthi | absẽtiũ andito ‖ 15 absentiũ ‖ 18
ıacollem | cambas ‖ 19 Delle | rubice ‖ 20 terebintinae ‖ 23 ana-
ɔllem ‖ 24 flos ‖ 27 Anacollum Afrigidiũ ‖ 28 rubicę | bulbos afras |
ɔcleas afras ‖ 30 anacolles ‖ 31 lib.] γō α′ HP \ ὄῶν τὰ

de ovis proicito et cetera aceto subigito et facito et sic utere aut in armo aut in lumbis.

333 Compositio liparae. cerussae, spumae argent gulas et oleum et vinum quod sufficit et ita ut diligenter teras. facit et ad colla et ad vulnera sı si caro defuerit.

334 Ad vulnera id est ad scabiem clausam. a Campanam cum aceto decoquis, quamdiu spis‹ deris›, et teris diligenter et uteris.

335 Ad vulnera sordida, quae pataginant. alu scissum, cum melle decoquis ad lentos carbones neribus imponis et cum coquis, ne ebulliat obse

336 Emplastrum viride. cêrae lib., olei cyprini · olei myrtini p. II s., adipis anserinae — II, oesyp aeruginis — III, galbani — III, resinae terebinthin turis pollinis — II: haec omnia in caccabo dec cum necesse fuerit uteris.

337 Fomentatio ad omnes tumores sive duritias. vino decoquis et conteris cum axungia et sic ut herbam Sabinam tritam cum rosacio decoque.

338 Compositio emplastri. nitri po. IIII, bitumini $\overset{o}{\text{p}}$. III, aeris usti $\overset{o}{\text{p}}$. III, cymini $\overset{o}{\text{p}}$. III, feclae $\overset{o}{\text{p}}$. floris $\overset{o}{\text{p}}$. II, aeris floris lib., silphii lib., sulphuris axungiae $\overset{o}{\text{p}}$. II.

339 Emplastrum alio genere. aeruginis selib., s selb., feclae selb., nitri selib., salis hammonia veratri nigri selib., bituminis selib., axungiae sel canthi selib.

ὠχρὰ δύο H ‖ 1 fractam ‖ 7 eruginem ‖ 8 quamdi videris] quam dinespis (*aut* diuespis) ‖ 12 inponis ‖ 14 oesypi] isopi *R* *οἰσύπου HP* ‖ 15 eruginis | tere 17 pollinẽ — II *R* *ἀλεύρου τὸ ἀρκοῦν HP* ‖ 21 iu aesistis | cumini ‖ 23 flos | flos | silpi ‖ 24 axungie ‖ 25 aesisti ‖ 26 nitri] *νίτρου κεκαυμένου PH* ‖ 27 uerati selib. *R* *ἀξουγγίου λίτραν μίαν HP* | calcanti *l* *νης HP*

Compositio emplastri. cadmiae ⟨selib.⟩, aeris usti selib., **340** eruginis selib., bituminis Iudaici selib., veratri nigri selib., eclae selib. [— VIII], salis hammoniaci selib., nitri selib., xungiae selib.

Emplastri compositio. rhododaphnes selib., feclae selib., **341** ituminis selib. — II, sulphuris vivi selib., aeris usti elib., aphronitri floris selib., nitri floris selib., axungiae elib., euphorbii selib., hyssopi p̊. V, gentianae p̊. II, herbae ettonicae lib., panacis radicis selib., marrubii Pontici elib., costi selib., aristolochiae rotundae selib., styracis p̊. II, popanacis Afrae selib., trixaginis selib., rutae silvaticae eminis selib., petroselini Macedonici selib., acori Pontici elib., mellis p̊. IIII.

Medicaminis traumatici compositio. chalcitis lib., misy **342** ib., aeruginis — III, stercoris columbini lib., aceti scrp. II, nellis — IIII. decoquis et sic uteris.

Traumaticum aromaticum. floris spumae p. II, resinae **343** terebinthinae lib., galbani lib., turis pollinis p. II, violae p. II, resinae Colophoniae p. II, styracis p. II, opopanacis lib., propolis lib., misy lib., visci lib. s.

Compositio spodii. auripigmenti hem., calcis vivae — V, **344** chartae combustae quod satis erit.

Compositio liparae. spumae argenti — VI, cerussae — I, **345** vini sext. s., olei lib. et — III.

Item aliter. spumae argenti, cerussae partem, turis **346** masculi, olei, croci et mellis boni: omnia cum aequo modo conteris.

---

1 camniae aesitii ‖ 2 eruginis | iudeici | uerati ‖ 3 hamoniaci ‖ 4 axungia ‖ 5 rododafnis | feclae] fisclę *sive* fifclę ‖ 6 sulphur vivum | aesitii ‖ 7 afronitri ‖ 8 euforuii | isopi ‖ 9 vectonicae | pannacis radicem | marrubi ‖ 11 ypopanacis | trexogonis ‖ 12 machedonici ‖ 14 chalchitis | mysi ‖ 15 eruginis ‖ 17 flori spume ‖ 18 terebentinae ‖ 19 stiracis | ypopanacis ‖ 20 mysi ‖ 21 auripigmẽtis hem̃ ‖ 22 carthę cõbustę ‖ 23 spume

XXVI. Medicamina ad scabiem quaecumque in pecore nasci potest.

847 Pecus cum scabiaverit, non statim curari debet, ne res periculo superveniatur et in morbum se convertat. postea sane cum iam eruperit scabies, sanguinabis eum 5 iuxta genua et de coxis vel de gambis et sic uteris isto medicamine: asphaltum et sulphur vivum et picem liquidam et butyrum et quod Graeci dicunt γλοιὸν παιδικόν, haec omnia aequis ponderibus simul deteris et inde totum cor- cod.B f. 37 pus perlinas. sane diutissime teris et bene, et sic linas 10 in sole.

848 Aliud. acetum acre καὶ γλοιὸν παιδικόν et picis liquidae modicum et cedriam, omnia simul decoque et cum fervet, peniculum in fuste ligato et sic linas totum corpus. sane prius lotio humano calidam commisces et inde, priusquam inducas medicamentum, lavas corpus pecori et sic ungues in sole.

849 Aliud. asphaltum et sulphur aequaliter conteris et adiunges olei modicum et perungues. sane in sole ungatur.

850 Aliud. adipem porcinam cum pice et cera aequaliter resolvis et sulphur cum oleo calido deteris et omnia supradicta commisces et cum calet perungues.

851 Aliud. adipis porcinae libram, cerae semunciam, sul-

---

4 periculoso preueniatur ‖ 5 eum] *fortasse* equum ‖ 6 iambis ‖ 7 asphaltum at] asf *R*[1] asfaltū ē *Politianus in margine* ‖ 8 TᴧYONΠAIᴧIKON (*praeterea in marg. manu Politiani* TᴧYONΠA'ᴧKON) ‖ 10 linias *R* ‖ 12 aliud] ad scabiem *B* | καὶ γλοιὸν παιδικόν] RᴧITᴧYUNITIᴧIᴧN *B* (*ultima littera* N *potius quam* U, *Eichenfeldius legerat* raitayuniti . . . .) KΔITAYONΠAIᴧIKON *R* ‖ 13 cedriae *B* | decoquis *R* | ferbet *B* ‖ 14 et] *om. R* | linas] udas *B* | sane lotio humano calido priusquam ind. med. *B* ‖ 16 unges *R* ‖ 18 asfaltum *BR* | sulfur *B* | equaliter *R* | conteris et] et *om. B* ‖ 19 perunges *R* | sane *et* ungatur *om. B* ‖ 20 aliud] item *B* | et *om. R* | equaliter *R* ‖ 21 soluis *B* | sulfur *B* | callido *R* | teres *B* ‖ 22 supra adiuncta *R* | perungues] inlinas uel perungis R ‖ 23 aliud] ad scabiem *B* |

(s)phuris — II, bituminis —, olei selibram, picis liquidae (c)yathos III⸣: quae conterenda sunt conterito et permisceto (o)mnia et coquito ⸢et ita perunguito⸣. B f. 37′

Item aliud. cerae selib., adipis porcinae lib., picis **352** (l)iquidae cyathos IIII, olei selib., sulphuris — II, bitumi(n)is —: haec coquito et equum perfricato, usque dum (s)anguis exierit. inde perunguito semel in die.

Item ⸢aliud. lotii veteris faecis scrip. I, stercoris **353** (s)uilli selib., faecis olei heminam, sulphuris — III, picis (l)iquidae cyathos III: haec omnia coquito, ut liquida sint, (e)t calido loco perunguito equum semel in die usque ad (s)anitatem.

Item aliud. bituminis p. II, sulphuris vivi selib., cerae **354** (l)ib., turis mannae selib. teris et commisces in oleo, in (q)uo ante bullierit anchusae fasciculus unus, et sole ca(l)ido ungues. sine sole non habet medicamentum virtutem (n)ec effectum.

Item aliud. in stabulo hordeum quod nascitur quasi **355** (s)pica nigra contundes et misces olei cyprini quod sufficit, et tepidum sole calido perungues.

Item aliud. ranas in aqua coques et colliges unctum **356** ipsarum et commisces⸣ lenticulam et adipem et oleum et tepefactum perungis.

Ad scabiem. cucumeris silvatici radices lavas et pinsas **357** et in caccabo novo cum oleo quantum sufficit decoquis et uteris.

Item aliter. sulphur cum vino candido decoques et uteris. **358**

---

adipis porcinae libram] adipes porcinos libra *B* adipis lib. *R* | semunciam] ≺ *B* sem. *R* | sulfuris *B* ‖ 1 bituminis —] *om.* *B* | selibram] S *B* selib. *R* ‖ 2 cyatos *B* cyat. *R* ‖ 3 perungues *B* | *352 om.* *B* ‖ 4 porcine ‖ 5 cyat. ‖ 8 lotei *BR* | facies *B* | scrip. I *B* scrip. *R* | stercus suillum *R* ‖ 9 facies *B* | sulfuris *B* ‖ 10 cyatos III *B* cyat. IIII *R* *κυάθους τρεῖς* *HP* ‖ 13 aliud *om.* *B* | sulfuris S *B* | cerae lib. turis mannae selib. *om.* *B* ‖ 14 teres *R* ‖ 15 ancusae fasciculum unum *B* ‖ 16 ungis *R* | sine] sane si *B* ‖ 18 Item aliud] aliter *B* | in stabulo hordeum] tibium hordeu≡ (m *eras.*) *R* ‖ 20 et *om.* *B* | perunges *R* ‖ 21 aliud *om.* *B* | colligis *R*

859 Item aliud salutare remedium in initiis adeps vituli marini, sed si iam inveteraverit, vehementioribus opus est remediis. propter quod bitumen cum sulphure et atroci pice liquida axungia veteri mixta pari pondere coquuntur atque ea compositione curatur, ita ut prius scabies ferro 5 erasa perluatur urina hominis.

860 Item aliud. picis liquidae sext., sevi caprini p. II, cerae lib., aluminis scissi lib., sulphuris vivi lib. s.; in unum decoquis et ante equum scabie laborantem aqua salsa lavabis. hoc per triduum uti debebis; certum re- 10 medium est.

861 Item aliud apopiras. folia rhododaphnes cum oleo coques addita pice liquida cum cera. certissimum remedium est.

862 Item ad scabiem. ranam rubetam occide et cum vino et aqua in sartagine decoque eiusque suco ungito; vel pice cum melle sulphureque et vini faecibus veterrimis et stercore ovillo commixtis contra pilum fricato; vel sulphuris, cedriae, turis pollinis, aristolochiae, nitri unciis binis in singula iumenta, picis liquidae selib., olei sext. II, aceti heminis ternis concoctis contra pilum ungito, prius strigilibus aut testis exasperato corpus equi; vel harundines combures et priusquam in favillam persolvantur sublatas pinsas vel conteres cribroque tenui cernes et ita oleo miscebis contraque pilum iumentum unguis.

XXVII. Ad lethargos.

PELAGONIVS FESTIANO SVO

863 Scripsisti mihi equos tuos gravissimo vitio vexari, nam et adseverasti et frequenter iacere et semper dormire ac propterea nec cibum capere et consequenter macilentos videri. passio haec gravis est et observanda

3 remediũ | attroci || 4 coguntur || 6 perlauatur || 9 scabię || 12 rododafnes || 17 fecibus || 18 cōmistis || 19 pollinem || 22 *testes* || 24 cibroque || 31 macillentos | hec

ne accidat. quae si evenerit, medelae quas scribimus adhibeantur. nam hunc morbum peritissimi huiusce artis mulomedici lethargum appellant. equum si lethargum videris, facies molliter stabulari, ita ut paleis aut stra-5 minibus stabula consternantur, et frequenter manu excitetur, ne dormiat. prodest etiam et frequens deambulatio, sed si ante quattuor pedes ⟨in⟩ fomentum de aceto et sale et furfuribus de tritico miseris; tunc eadem ipsa potio, quae recipit in se furfures triticeos, sales et poscae 10 sext. II, faucibus infundatur.

Item aliud Flori. herbam Artemisiam tunsam ⟨cum⟩ 364 oleo et modico lixivo dabis per cornu.

Item potio ad lethargos Optati. primum est ut le- 365 thargum hordeo abstineas praebendo fabae solidae sext.; 15 tunc sanguinem de cervice detrahe, inde his medicaminibus potionabis. acori Pontici — III, calami Syriatici p. V, spicae nardi Indicae ⟨— V⟩, capparis radicis — V, tunsa et cribrata una miscebis et cocliaria III in sext. aquae tepidae dabis, et cum coeperit adaquari, aquam tepidam 20 praebebis, sed non multam ne avide bibat. sane assidue aut flagello aut voce excitari debet, ut paulatim vitium diligentia elimetur.

XXVIII. Potiones ⟨omnes⟩ et omni tempore necessariae.

B f. 41

25 [Pulvis omni potioni anteferendus. gentianam, aristo- 366 lochiam, murram, bacas lauri, rasuram eboris aequis ponderibus in pulverem rediges, de quo potionabis contra omnes morbos sic. decoques in vino iunci radices et mar-

1 que | medellę ‖ 3 appellante cum ‖ 9 que | triticeas salis ‖ 11 *μετὰ ἐλαίου H* ‖ 16 acori Pontici] acripontici *R* *ῥέον Ποντικοῦ HP* | p. V] *γō ε′ HP* ‖ 17 indice | radicem ‖ 19 ceperit ‖ 22 diligentiae limetur ‖ 25 om**bus potionibus *B* | gentianae aristolochiae *B* ‖ 26 murram] mur*** *B* myrrã *R* | bacas] uacarum *B* | rasuram eboris] rasuraebori* *B* rasuram aeboris *R* ‖ 27 redigis *B* ‖ 28 sic *om.* *B* | radices *B* radicem *R* *ῥίζας HP*

rubium, colas ipsum vinum et adiuncto pulveris cocleare uno pleno potionas per triduum. si febriunt pecora, in aqua decoquis iunci radicem et apium, colas, adiungis pulveris cocleare et mellis modicum, ut sit aqua mulsa, et sic potionas per triduum. contra venena autem pul- 5 veris plus quam cocleare cum vini sextario et olei hemina deicis per triduum.⌉

367 Potio quadrigaria id est pulvis tracanthi —, cy- f. 41' mini —, petroselini —, ⌈uettonicae lib., saxifragae — I, casiae fistulae — I, iris Illyricae —, meliloti —, radicis 10 absinthii Syriaci —, hyssopi fasciculos II, euphorbii —, mannae turis — I,⌉ zingiberis —, murrae —, folii —, gentianae —, herbae Sabinae —, ⌈piperis — I, turis masculi —, costi —, sertulae Campanae —, opopanacis — I, spicae⌉ Indicae —, schoenuanthus —, hammo- 15 niaci —, cinnami —, abrotoni —, radicis panacis —, seminis rutae —, strobilos minutos virides XXV, nuclei — V, glycyrrhizae ⟨—⟩. haec omnia contusa et cribrata servabis et cum necesse fuerit vino permixta dabis.

368 Potio glutinosa. murrae — II, olei — II, cymini — II, 20 tracanthi — VI, croci — I, tepida cum vino dabis.

369 Pulvis quadrigarius. acori Pontici —, murrae — III,

---

1 ipsut *B* | adiunctum *B* | puluere *R* | cocliarium unum *B* cocliare uno *R* ‖ pl∗num *B* *om. R* ‖ 3 decoques *B* | radicem *B* radices *R* *ῥίζαν M* | appium *B* | adiunges *B* ‖ 4 cocl∗are *B* cocliare *R* ‖ 5 autem] au∗ *B* at̃ *R* ‖ 6 cocliare *BR* | hem∗nam *B* ‖ 7 per triduum] per dies III mac .. *B* (*ἐπὶ ἡμέρας γ΄. χρῶ δὲ ὡς μεγαλοφυεστάτῳ βοηθήματι M*) ‖ 8 trachanthi | ormini ‖ 9 uettonicae lib. *B* brettonice — *R* *βεττονικῆς γō ϛ΄ H* (*γō* ἓξ *P*) | saxifragi — *R* *σαρκοφάγου γō α΄ HP* ‖ 10 cassiae fistulae — I *B* cęsie fistule — *R* | irisilliricę — *R* (*om. B*) | meliloti —] *om. B* melli loti — *R* | radicis absinthii Syriaci —] *om. BHP* radices absinthi syriaci — *R* ‖ 11 ysopi *BR* | II] duos *B* | euphorbii —] euphorb. *B* euforbi — *R* ‖ 12 manne *R* | mirrę ‖ 13 herbae Sabinae —] *περδικίου βοτάνης λίτραν α΄ HP* | turis masc. —] *om. BH* ‖ 14 sertulae *B* sardae *R* | ypopanacis *R* ‖ 15 spicis *R* | scyrmãthos ‖ 16 habrotoni | apopanacis *R* (*om. H*) ‖ 17 semen ‖ 18 glycyrize *R* *γλυκορίζου γō α΄ H* | contunsa ‖ 20 myrre | ormini *R*[1] (*cf. 367*) ‖ 21 *τραγακάνθης γō β΄ HP* ‖ 22 ponti | myrrae

piperis sem., crocomagmae — II, gentianae — II, folii — II, iris Illyricae — III, hyssopi —, malabathri — II, centaureae —, costi — II, styracis — II, scordii — II, sili Pontici — II.

5 Potio hiemalis. in uno capite. croci, costi, petroselini 3 Macedonici, murrae, turis masculi, tracanthi, trixaginis, vettonicae, cumini Alexandrini, croci mannae, piperis ⟨—⟩ singulas singulis capitibus, vino et oleo quod sufficit adiunctis ovis permisces cum suco tisanae; adiungis etiam pal-
Cap. XVI. Hoc caput cum praecedenti arte cohaerere ex argumento manifestum fit, cum fere insint remedia ad membrorum supradictorum vitia. *ad ozaenas* quod praescribitur toti capiti non refertur nisi ad primum remedium. *ὄζαινα* Graecis significat ulcus narium putridum, vid. Polluc. onom. 4, 204 *ὄζαινα ἕλκωσις ἐν τῷ βάθει τῶν μυκτήρων μέχρι τῶν καλουμένων ἠθμοειδῶν σαρκῶν, πυῶδες καὶ δυσῶδες, ὑγρὸν ἀφιεῖσα, τὴν αἴσθησιν ἐμποδίζουσα,* Scrib. Larg. 50 *ad gravem odorem narium, ὄζαιναν Graeci hoc vitium vocant;* adde Plinii locos XXIV 113, XXV 165. sed latius patere vocis vim significarique etiam pedum ulcera putrida docent praeter Pelagonium Vegetii loci nonnulli I 9, 2 *in naribus, in pedibus etiam et in capite papularum fervor emergit vel ozaenae asperiores frequenter oriuntur;* III 49, 5; V 21, 4. cf. etiam *M* 30 *ρκδ' πρὸς ῥεῦμα ἐν ποσὶν ἢ ὁπλαῖς ὃ παρ' ἡμῖν ὄζηνα.*

228 *H* 294 *Πελαγωνίου (πρὸς ὀζαίνας)· μέλαν καλλιγραφικόν, κηκῖδας, στυπτηρίαν ἐξ ἴσου κόψας μετὰ ἀξουγγίου μῖξον καὶ μήλου φλοιοῦ καὶ ὄξους καὶ ἁλὸς καὶ νίτρου τὸ ἀρκοῦν καὶ ἐπιτίθει.* *M* 122 ϡο'. Veg. III 49, 3. salis mentio deest apud Pelagonium et Vegetium.

229 230 *H* 295 *σῦκα καὶ σίνηπι κόψας κτλ.* et *ἄλλο. ὀποπάνακα μετὰ κριθίνου ἀλεύρου κτλ.* *M* 122 ϡοα'. ϡοβ'. Veg. III 49, 3. 4.

231 *H* 255 *Πελαγωνίου πρὸς αὔξησιν ὀνύχων. σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς κτλ.* *M* 97 *χοα'*. Veg. III 58, 1 et rectius II 28, 28. 29.

232 *H* 255 *ἄλλο. φάβα ἑψήσας εἰς ὕδωρ κτλ.* *M* 98 *χοβ'*. Veg. III 49, 4.

233 *H* 289 *Πελαγωνίου ἐὰν ἀπὸ τροχοῦ πληγῇ τὸν πόδα. βολβὸν ἐρυθρὸν καὶ μάνναν λιβάνου συλλειώσας κτλ.* *M* 116 ωϙ' similiter inscribens. *pedem* quod supra supplevi, non utique necessarium videtur; cf. p. 77, 16.

234 *H* 289 *πρὸς οἰδήματα ποδῶν· εὐφορβίου γō β' κτλ.* *M* 116 ωϙα'. similia supra 218. 225. sed numeros hic mutare nolui.

urigo] Sarchianius proposuit *prurigo*, vix recte, cfr. Veg. III 52 cum adnot. Schneideri, VI 24. interpreti est *κακοχυμία* (uligo ?).

235 *H* 256 *βοήθημα εἰς τὸ αὐτό. ὄξει θερμῷ τὸν ὄνυχα κατάντλει καὶ μετὰ ταῦτα πράσιον μετὰ ἀξουγγίου παλαιοῦ καὶ ἀψινθίου ἀγρίου μίξας ἀπότριβε. M* 98 *χοε' πρὸς ὄνυχας ἐκτετριμμένους καλὸν βοήθημα.* cf. 249. de structura dixi ad 25.

236 in rapo] si recte traditur, significari videtur pars pedis equi dicta fortasse a similitudine rapi (cf. Col. XII 56 ubi rapa, priusquam condiantur, decussatim ferramento lunatico incidenda ait). rapum arboris apud Senec. epist. 86, 16. 18. cf. *γογγύλιον*.

237 *H* 242 *ἄλλο Πελαγωνίου. ἐὰν ἤδη ἤνοικται τὸ θλάσμα κτλ. M* 38 *σς'* praemittit haec notatu digna, quae mihi Pelagoniana videntur: *Πελαγωνίου πρὸς αὐτό. δακτυλίδιον σιδηροῦν ἔχον γλύμμα λέοντος καὶ ἐπάνω ἀστέρα ὑποκάτω τῆς γούλας κρέμασον καὶ θαυμάσεις. ἐὰν δὲ ἤδη ἤνοικται κτλ.* extare autem gemmas exhibentes leonis stellaeque imaginem iam Millerus adnotavit. amuleta Byzantina inscripta Schlumberger, Revue des Études grecques V 1892 p. 73 seqq., recenset, ubi vide imprimis excerpta ex Alex. Trall. p. 86 sq. cf. fragm. 484.

238 *H* 207 *Πελαγωνίου εἰς τὸ αὐτό* (scil. *κιρσούς*). *στυπτηρίᾳ καὶ λιπαρᾷ* (trad. *στυπτηρίας λιπαρᾷ H, στυπτηρία λιπαρᾶ P*) *μετὰ ὄξους δριμυτάτου τοὺς πόδας συνεχῶς ἀπότριβε. M* 117 ϡ*ια' Πελαγωνίου πρὸς κιρσούς.*

239 *M* 123 ϡ*οη' Πελαγωνίου ἐὰν ἵππος σύριγγα ἐν τῇ περιστεφάνῃ* (*σύριγγας ἐν τῇ περιστεφανίδι* in indice capitum, cf. Hipp. p. 255 v. 5 *ἄλειφε τὴν περιστεφανίδα*) *ποιήσῃ. χαλκοῦ ἄνθος* (trad. *ἄνθους*) *ὄξει δριμυτάτῳ πρόσμισγε καὶ ὅταν ξηρανθῇ κατὰ τοῦ* (*τῆς* ?) *σύριγγος ἔμβαλε.* cf. etiam Hippocratis remedium Hipp. p. 270 (= *M* 122 ϡ*οδ'*).

240 *H* 304 *ἐὰν ἵππος τὸν ἑαυτοῦ πόδα μασᾶσθαι ἄρξηται. κόπρον ὑγρὰν κυνὸς μετὰ ὄξους δριμυτάτου συμμίξας ἐπίπλασσε συνεχῶς. M* 147 *αρπη'* cum simili lemmate.

acrissimo] non sine haesitatione retinui. idem traditur 249, sed *cum aceto acerrimo* 69. *acrum* pro *acrem* dixisse Cn. Matium Charisius p. 117 K. testatur. in codicis Iustiniani constitutione impp. Valentiniani Theodosii Arcadii V 5 habes *errore acrissimo*. cf. Georges Lexikon der lat. Wortformen s. v. *acer*.

241 *H* 90 *Πελαγωνίου περὶ ἐκβολῆς σπονδύλου. πρῶτον σάπωνι ἀπόπλυνον, εἶτα ὕδατι ὀμβρίῳ βαλὼν ἔλαιον καὶ ὠῶν τὸ λευκὸν ταράξας ποίει ἀνακόλλημα καὶ χρῶ. M* 142 *αρκη'* inscribens *Πελαγωνίου πρὸς τραχήλους μουλων* (sic).

242 *H* 91 *ἄλλο. συκῆς κλάδους ξηροὺς καύσας καὶ τούτων τὴν τέφραν καθαρὰν λαβὼν σῆσον κτλ. M* 142 *αρκθ'*.

243 244 *H* 91 *πρὸς σπονδύλους ἢ νώτους διεῤῥωγότας*

κηροῦ λίτραν μίαν, ῥητίνης φρυκτῆς γō δ', ἰοῦ γō β' ἐλαίῳ συνεψήσας χρῶ. ὥστε μὴ ῥῆξιν ὑπομεῖναι τραχήλους μουλῶν, τοῦτο ποίει κτλ. *M* 142 ϙρλ'.

245 246 *H* 91 πρὸς πόνον σπονδύλου. ibid. πρὸς σπονδύλων πόνους καὶ σπασμοὺς τῶν ἐν αὐτοῖς νεύρων. *M* 142 ϙρλα'. ϙρλβ'.

247 *H* 298 Πελαγωνίου σύνθεσις λιπαρῶν. λιθαργύρου γō 𐅻ξ κτλ. *M* 131 ϙν' Πελαγωνίου σύνθεσις λιπαρᾶς.

248 speclaria] cf. Galen. XIII 663 τὸ διαφανὲς δὲ καλούμενον, ὃ σπεκλάριον ὀνομάζουσι Ῥωμαῖοι. *specularia combusta* habes apud Marcell. 10, 49, *specularis cocti* ib. 36, 72. cf. Seren. Samm. 372. Cass. Felix 32. 39. 73.

249 Simile est 235.

251 Excidisse videtur sinapis mensura (*acetabulum*?).

252 *M* 32 ϙμε' πρὸς τὰ λεπτὰ τῶν ὀστέων ἤτοι νεύρων.

ossilagines] cf. Veg. III 22, 1 *si tumorem fecerit durum callosum et ossilagini similem* (cum adn. Schneideri ad Veg. III 52, 1) et VI 14, 3 = Pelag. fragm. 491.

resinae aeronalis] infra redit 409, eadem restituenda Vegetio III 23, 1 ex Corbeiensi (*acronali* Goth.). *aero* (*ero*) cophini vel cupae genus est (Corp. gloss. II p. 12 *aero* κόϊξ, Poll. 10, 179 κόϊξ ἀγγεῖον ἀλφιτήριον). Georges lex. VII. edit. interpretatus est '*im Tragkorb aufbewahrt, von bester Sorte*', num recte dubito. cf. infra ad 323.

253 *H* 255 ἄλλο. κισσοῦ σπέρματος μέρη δύο, στυπτηρίας στρογγύλης 𐅻ν λειώσας — incidit lacuna — cf. 254. *M* 98 χογ' πρὸς σκλήρωσιν ὀνύχων (χοα' Pelagonii nomen praescriptum est). Veg. III 58 2 *naturaliter autem molles ungulae solidantur, si hederae seminis duas partes et aluminis rotundi unam partem pariter contundas et calceatis pedibus per multos dies inducas.*

254 In *H* 254 Eumeli nomine fertur πρὸς ὑποτετριμμένους πόδας. ἐὰν ὑποτρίψῃ ζῶον, θερμῷ προσήκει ὕδατι πυριᾶσθαι ἀξουγγίῳ τε ἐπαλείφεσθαι καὶ ἐπὶ ὀστράκου ζέοντος ἀποτίθεσθαι, μέχρις οὗ πράως ἐνέγκῃ· λοιπὸν δὲ μετὰ ταῦτα σκορόδῳ καὶ θείῳ λελειωμένοις χρῶ ἐπικαίων σιδήρῳ ζέοντι ἐπὶ ἡμέραις τρισί· τοῦτο καὶ βουσὶ βοηθεῖ. continuatur *M* 96 χξϛ' (Εὐμήλου πρὸς ὑποτ. ποδ.) ita: καὶ ἁρμόζει γίνεσθαι. βοηθεῖ δὲ τοῖς βουσὶ τὸ πίσσῃ ἀλείφεσθαι τὰ κέρατα στερεῶς (cf. Col. VI 15, 2 *ac pice liquida cum oleo et axungia cornua eius linuntur,* et auctores a Schneidero ad Col. p. 331 laudatos). εἰς δὲ τοὺς τῶν ζώων πόδας ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὄροβον μετὰ τῶν κριθῶν δοὺς ἢ κόστου (scrib. κισσοῦ) σπέρματος μέρη β', στυπτηρίας στρογγύλης μέρος α' ἐγκόψας καὶ λειώσας χρῶ. ultima spectant ad 253. interpres Pelagonii Hipp. 255 vel potius scriba aliquis deerrante oculo omisit verba *ungulis alligabis* (v. 253) usque *testam candentem* . . . . ἄχρις οὗ ἀνάσχηται καὶ μετὰ τοῦτο

σκόροδον καὶ ἄσφαλτον ἅμα λειώσας ἐν πλατεῖ σιδήρῳ ἀποθέμενος ζέοντι πρόσκαιε ἐπὶ ἡμέραις τρισίν. τοῦτο δὲ καὶ βουσὶν ἐπιτήδειον. Vegetii III 55,7 *oleo* corrige cum Schneidero in *alio.*

255 *H* 162 *πρὸς θεραπείαν ἰγνύων φλεγμαινουσῶν. M* 31 *ρμ'.*

256 *H* 264 (sine Pelagonii nomine) *τὸ στρέμμα ἤτοι χάλασμα οὕτω χρὴ καταμανθάνειν. σφίγγε ταῖς χερσὶ τὸν ὄνυχα καὶ ἐὰν σφοδρῶς ἀλγῇ, διέστραπται τὸν ὄνυχα κτλ.*

s c a r i f a n d a] R^1 *scarifanda* exaraverat, superscripsit Politianus *scari-c* et in margine adiecit - *ficand* -. vox in codicibus modo *scarificare* modo *scarifare* scribitur, hoc rectius (cf. Rosii ind. edit. Cassii Felicis p. 252). in titulo urbano CIL VI 52 (Annali dell' Inst. 1860 p. 435): *C. Iulius Anicetus* (vid. CIL VI 709) *ex imperio Solis rogat nequis velit parietes aut triclios inscribere aut scariphare.* 257 traditur *scarifando,* 409 *scarifabis B, scarifa R.*

e t [a] q u a t e r n a r i i m a g n i t u d o t o l l i t u r] aut eiciendum illud *a,* aut cogitari potest, id quod Buechelerus proposuit, compendium *a(urei)*; cf. Lamprid. vita Alex. Severi 39, 9. Ps. Acro in Horat. ep. I 18, 82 (II p. 479 Hauthal). Mommsen-Blacas monet. Rom. III p. 19. 145. interpres ita: *τὸν ὄνυχα κάτωθεν τῇ σμίλῃ ὑπότεμνε ὡσεὶ διπλοῦν νομίσματος μέγεθος. εἰ δὲ καὶ πλέον εἴη τὸ κρεμάμενον, τέμνε μέχρι τῆς ζώσης σαρκὸς φειδόμενος μὴ ἅψεσθαι* (*ἅψασθαι P*) *τοῦ ὀστέου.* Constantini solidum Graeci *νόμισμα* dicunt Hultsch Metrol.[2] p. 327 (cf. p. 308). scalpellum famicale non legi nisi hoc loco.

257 *H* 162 *ἄλλο. ἐὰν ἵππος ἐν τοῖς ἁρμοῖς ἢ τοῖς ποσὶ παχύτερα σχῇ νεῦρα ἢ κονδυλώματα* (*κορδυλώματα P*) *κτλ.* accuratius *M* 31 *ρμα'.*

258 cf. 43. 257. u r i t o r e t i c u l a t i m] cf. ad 196.

259 Veg. III 49, 5 *usus invenit addito sale et aceto ciliciis ozaenas defricare, donec cruor aut tumor emanet.* fortasse legendum apud Veg. *umor,* apud Pelag. *umidam.*

260 l i n o t a r t a r a l i] Sarchianius p. 193 vertit *con panno lino imbevuto di tartaro.* tartarum vox infimae Graecitatis et Latinitatis vini faeces induratas et dolio adhaerentes significat. Ducangii lex. s. v. *tartarum.* Myrepsus de antidot. I 76. Francogallis est *tartre,* Italis et Hispanis *tartaro.* in glossario 'Sinonima Bartholomei' Anecd. Oxon. I 1 (1882) p. 41: *tartarum faex est vini tam albi quam rubei quae doleo cohaeret dura. et alio nomine dicitur petra vini.* similiter in glossario 'Alphita' Anecd. Oxon. I 2 (1887) p. 182. adiectivum alias non repperi.

s i c t r i d u o s i n e m e d i c a m i n e e. q. s.] concinniora quam quae supra dedi, ea videntur quae Buechelerus mecum communicavit: *si, cum triduo sine medicamine sit, sanus fuerit, sufficit medicina; sin aliter, curetur* e. q. s.

261 *M* 31 ρμβ' *πρὸς νεῦρα τὰ τῶν ἄρθρων ἤτοι λεπτά* cf. Corp. Gloss. II p. 129 *minutum λεπτάριον*). *κυπαρίσσου φύλλα* ὀψας *καὶ λειώσας τούτοις ἐπίβαλλε κρίθινον ἄλευρον καὶ* ψησον *μετὰ οἴνου καὶ ἐλαίου ἀρκοῦντος καὶ ποιήσας ἐμπλα-* τρῶδες *βάλλε εἰς οἶνον καὶ μετὰ ἱαρίου Γαλλικοῦ καλῶς* — la- una — *καθεψημένου καὶ λεπτοποιηθέντος μετὰ τὸ συγκοπῆναι* ἐνελὼν *χρῶ ὡς ἐμπλάστρῳ ἐπιπλάσσων καὶ ἐπιδεσμῶν. ὅμως* δὲ *πρὶν ἢ τὸ κατάπλασμα μιγῆναι πρότερον σκόρδον Γαλλικὸν* sic, supra *ἱαρίου*) *κεκαθαρμένον μετὰ ἐβίσκου καθεψημένου* καὶ *ὀλίγης ἀξουγγίας κόπτεις καὶ οὕτως ἐπιβάλλεις τὸ κατά-* πλασμα *τὸ ἐκ τῶν κριθίνων ἀλεύρων καὶ τῶν φύλλων τῆς κυ-* παρίσσου. *τοῦτο ποίει ἐπὶ ἡμέρας θ', οὕτω μέντοι ὥστε σε* καθ' *ἡμέραν θεραπεύειν.*

262 *H* 163 *πρὸς νεύρων παχύτητα.* *M* 32 ρμγ'.

263 *H* 163 *ἄλλο. ἐὰν φλεγμονὴ περὶ τὰ σκέλη ἢ τὰ γόνατα* γένηται *ἀπὸ μακρᾶς ὁδοῦ ἢ δρόμου πολλοῦ, συμβάλλεται ψυχρῷ* ὕδατι *τὰ φλεγμαίνοντα μέρη καταντλεῖν ἢ εἰς ποταμὸν ἢ εἰς* ῥεῖθρον *εἰσάγειν καὶ ἀναπατεῖν ἐκεῖσε ποιεῖν, ἔπειτα σπόγγον* μετὰ *λασάρου καὶ ὄξους καὶ ἰξοῦ καὶ οἴνου ἀφηψημένου καὶ* ἀξουγγίου *προσφέρειν.* *M* 32 ρμδ' *ὁμοίως. εἰ δὲ ἀπὸ μακρο-* ὁδίας *κτλ.* supra 200 sunt *spongiae ex lasere Cyrenaico mace-* ratae (Veg. III 48, 3 *spongiam cum aceto et lasere imponis*).

264 similiter Veg. III 58, 2 *item subtritis pedibus prodest* ⟨*si*⟩ *picis liquidae selibram, aceti heminam, salis libram, hederae* foliis *quantum sufficit pariter contundis, et laboranti cotidie* pedes *perunges.*

265 *H* 82 *Πελαγωνίου πρὸς τράχηλον κεκλασμένον* (*κεκαυ-* μένον?) *ἢ σκέλος.* *M* 30 ρκγ' *Πελαγωνίου πρὸς τραχήλους* κεκλασμένους *ἢ σκέλη.*

alii capitula [—] III] fortasse rectius interpres *σκορό-* δων *κεφαλῶν οὐγκίας δύο*, ut restituendum sit *alii capitulorum* — II; cf. tamen 147 *alii capitula duo*, 231 *alii capitula tria.*

266 *M* 147 ϙρπθ' *πρὸς ὀρθοκοίλους* (*ὀρθοκώλους* Miller). periit. aliter de iumentis orthocolis Veg. III 54 (cf. Hipp. 262 ὅμοια *τοῖς ὀρθοκοίλοις ἢ πασσάλοις λεγομένοις*).

Cap. XVII. 267—270 ab Apsyrto Hipp. p. 119 seq. mutuatus est (*M* 55 τις'). *Πελαγωνίου πρὸς ὀπισθοτονικούς* non omnibus partibus integra extant *H* 126—128, desunt in *M*. ab Apsyrto pendet Hierocles Hipp. p. 121 sq.

267 Veg. V 46, 1 brevius signa iumenti opisthotonici re- censet.

ut ungues rigore ipso trahat] *ὥστε τοὺς ὄνυχας ἀπο-* ξέειν interpres vertens *radat*, sed Apsyrtus p. 119 *καὶ περι-* πατῶν *τοῖς ὀπισθίοις σκέλεσιν ὑπερβαίνειν ἀδυνατεῖ, ἀλλὰ ἀπο-* τεταμένας *ἐπισύρει τὰς ὁπλάς.*

268 Veg. V 46, 2—11 mutatis non paucis.

piper tritum] id quod traditur *piperis triti* mensuram excidisse indicare videtur, sed Apsyrtus p. 119 *συγχρίων αὐτὸν ὑείῳ στέατι καὶ ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ καὶ κηρῷ καὶ πεπέρει τετριμμένῳ ἀναμεμιγμένοις ἐλαίῳ.* Veget. V 46, 4 singularum specierum mensuras de suo addidit.

multi ervo cocto e. q. s.] Apsyrtus *ἕτεροι δὲ ὀρόβους ἑψήσαντες τῷ ὕδατι καταντλοῦσι τὴν κεφαλὴν καὶ ἀπὸ κριθῶν δὲ αὐτὸ ποιοῦσιν.* si fidem habemus Hierocli p. 122, Hieronymus ista docuit, quem saepius ille commemorat, cf. proleg. p. 10.

potio: piperis grana e. q. s.] Apsyrtus p. 120 *πεπέρεως κόκκους δέκα, κάχρυος τὸ ἴσον, νίτρου ὁλκὴν μίαν, ὀποῦ Κυρηναϊκοῦ ἡλίκον κυάμου.* pro *κάχρυος* Pelagonius *cedriae* dedit, sed scripsisse eum *ut supra pondus* vix crediderim (Vegetius § 8 *cedriae pondus denarii,* interpres omisit). notandae discrepantiae: *μέγεθος* quod auctor noster in suo Apsyrti exemplo invenit, non extat in Grynaei editione, legit interpres, qui tamen non *ὁλκὴν* nitri, sed *οὐγγίαν* ponit (*mixturae laseris Cyrenaici globulum ad magnitudinem fabae* Vegetius). cf. Eichenfeld Annal. Vindob. 44 p. 147.

vini summi] *οἴνου εὐώδους* Apsyrt. p. 120. Veg. V 46, 8 *vini veteris summi,* ibid. § 10 *cum oleo optimo et vino summo.* cf. Pelag. 82. 380 *oleum summum,* 11 *liquamen summum.*

λιβανωτοῦ ὁλκὰς τρεῖς e. q. s.] omittit interpres, *λιβανωτοῦ ὁλκὰς τρεῖς, ἁλὸς τὸ ἴσον* Apsyrtus. Vegetius § 9 *turis cribrati et salis triti ternas uncias,* sed vide lectiones codd. Corb. et Goth., in quibus *ὁλκὴν* latere Gesnerus perspexit.

269 haec multi — nos et consuetudine et usu potius haec e. q. s.] *ταῦτα μὲν ἐκείνοις εἴρηται μεγάλοις ἀνδράσιν. ἡμεῖς δὲ ἐχρησάμεθα βοηθήμασι τούτοις* Apsyrt. p. 120. sed num recte *usu potius* scripserim iam dubito; *usu scriptorum* (i. e. Apsyrti) Buechelerus dubitanter proposuit.

singuli VIII] intellege *scrip.* Apsyrtus: *καὶ νίτρου καὶ ἁλὸς ἑκάστου στατῆρας η'* (Hierocl. p. 122). interpres omittit.

cum oleo et vino et melle] *H* 128 *μετὰ ἐλαίου κοινοῦ* (scrib. *καὶ οἴνου*) *καὶ μέλιτος.* Veg. V 46, 10.

διὰ βδελλίου malagma] omittit interpres. cf. Eichenfeld l. c. p. 147. Apsyrti malagma *τὸ διὰ βδελλίου* extat Hipp. p. 281. fortasse scribendum *in ipsa cura τῷ* (cod. *curatio*) *διὰ βδελλίου* e. q. s.

exercemus tripodo] *H* 128 *δρόμῳ τῷ διὰ κάλπης γύμναζε ἤτοι λεγομένῳ τριπήδῳ,* Apsyrtus 120 *γυμνάζοντες δρόμῳ τῷ διὰ κάλπης,* Vegetius § 11 *exercetur a sessore trepidans* (emenda *tripedans* aut *tripodans*). supra 196 verbum habuimus *si equus fortiter tripodaverit.* cf. Corp. gloss. II p. 459 *τριποδίζω tripedo.* Act. Arval. (a. 218) CIL VI 2104 v. 32 *tripodaverunt* et v. 38 *post tripodationem.*

270 *H* 128 *ἐπιδείξω δὲ λοιπὸν ἐκ ποίων αἰτιῶν ἡ τοιαύτη νόσος συνάγεται κτλ.* Apsyrt. Hipp. 121. Veg. V 46, 2. 3.

271 cf. Veg. V 46, 12 *nonnulli iam validioribus de cervice sanguinem detrahunt, plerique in balneum ducunt.*

272 *H* 128 *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό. πρὸ πάντων καυτηριάζειν χρή κτλ.* *M* 57 *τκς' Πελαγωνίου πρὸς αὐτό.* Veg. V 46, 12.

273 *M* 57 *τκζ' ἄλειμμα πρὸς αὐτό.* Veg. V 46, 13. cf. infra 297 (Veg. V 23, 17) et simile Apsyrti remedium *πρὸς νεύρων ψύξιν* Hipp. 296, ubi pro laurino est *κυπρίνου ἐλαίου γō α'*.

274 *M* 57 *τκη'* omittens picem liquidam. cf. Apsyrti *πρὸς τὰς συνδέσεις ἐμβροχή* Hipp. 296.

275 *M* 57 *τκθ'* et *H* 296 *Ἀψύρτου συγχρίσματος ἐμβροχὴ πρὸς ὀπισθοτονικούς.* Veg. V 46, 14.

Cap. XVIII. **276** *M* 93 *χκη' Πελαγωνίου περὶ ὀδόντων ποσότητος*, non integrum: *ὁ ἵππος ἔχει ὀδόντας μβ'* — lacuna —, *τὸ πρόβατον ἔχει ὀδόντας κα', ὁ τράγος ἔχει ὀδόντας κε', ἡ αἲξ ἔχει ὀδόντας κζ', ὁ ἐκτετμημένος βοῦς ἔχει ὀδόντας κδ', ἡ θήλεια βοῦς κδ', ὁ ἀνὴρ ἔχει ὀδόντας λβ', ὁ εὐνοῦχος ἔχει ὀδόντας κθ', ἡ γυνὴ ἔχει ὀδόντας λ'.*

277 Fragmentum de ponderibus et mensuris, insertum loco non suo, non integrum videtur et ex parte corruptum. certe obolos Atticos (i. e. *ὀβολὸς Ἀττικός*) sextarius (i. e. sexta pars) dragmae est, id quod me monuit Buchelerus. talia plerisque libris medicinalibus inseri solent (cf. proleg. p. 12. 13).

Cap. XVIIII. **278** Duae videntur incantationes. priorem ad Sarchianii exemplar Buechelerus Mus. Rhen. 45 p. 332 restituit ita: *equus telluris flori natus, orcus, cognatus orcus pedem indit. quid non ego pedem orco,* sive *orcus pedem indit, vidi; nunc ego pedem indam orco.* sed in tantis tenebris rerum superstitiosarum saepenumero sensu carentium dedi vocabula ut extant in Riccardiano, non recte expressa in editione Florentina. quamquam bene procedit oratio, si scribimus cum Buechelero: *equus . . . . . orcus, orco pedem indit: vidi: non nego pedem orco, si* e. q. s. eandem praecantationem Vegetius V 45 perstringit hisce verbis: (si animalia dum sudant *hordeum* comederint e. q. s.) *aliquanti praecantatione temptant afferre remedia, quae vanitas ab aniculis solis diligenda est, cum animalia sicut homines non inanibus verbis sed certa medendi arte curantur.* cf. adn. 121.

Cap. XX. **279 280** Col. VI 17, 5. 6 (cf. O. Guenther, Genethliac. Gotting. p. 13). Veg. V 81, 1. 2 ex Pelagonio, IV 21, 5. 6 ex Columella. *H* 221 *Πελαγωνίου εἰς τὸ αὐτό. ἡ μυγαλῆ τὸν ἐπαγόμενον παρ' αὐτῆς κίνδυνον τῷ οἰκείῳ σώματι θεραπεύει κτλ.* *M* 102 *ψζ' Πελαγωνίου πρὸς τὰ ἀπὸ μυγάλης* (sic) *δήγματα.*

cum induruerit] *siccata est* Col., *μετὰ τὸ σκληρωθῆναι H.* in iis quae praecedunt lacunam ita explet cod. *P*: *ὥστε ἵππον*

ὑπὸ ⟨μυγαλῆς μὴ δάκνεσθαι, τόδε· τὸ ζῶον αὐτὸ τὴν⟩ μυγαλῆν πιάσας γύψῳ περίπλασον.

281 *H* 222 *ἄλλο εἰς τὸ αὐτό. ἡ μυγαλῆ πρὸς τὸ ἑαυτῆς μέγεθος μεγάλα καὶ τὰ δήγματα ποιεῖ κτλ.* *M* 102 ψη′ (cf. *M* 100 χϙϛ′). Veg. V 81, 3 *quod si praegnans mus araneus fuerit qui percusserit, his agnoscitur signis* e. q. s.

si autem tumores e. q. s.] *umores* Sarchianius dederat nescio an rectius. cf. Veg. V 81, 3 *quod si eruperint vulnera venenata*, interpres *ἡνίκα δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς ἀπορραγέντα εἰς τραῦμα μεταβληθῇ.*

potionem sane anethum tritum] aliter interpres *δίδου δὲ καὶ προπότισμα ἀπὸ ἀνήθου καὶ ἀλεύρου σιτίνου καὶ κεδρίας ὀλίγης καὶ οἴνου ξέστου α′ κατεσκευασμένον*, nec multum differt Veg. V 81, 3 *daturus potionem pollinem tritici, hordeum, cedriam et vini sextarium per fauces degeres.* quae si recte se habent, restitue fere *anethum, ⟨pollinem⟩ tritici cum cedria ⟨modica⟩ et cum vini ⟨sextario⟩ dabis.*

282 *H* 218 *πρὸς τὰ ἀπὸ φαλαγγίων δήγματα.* *M* 102 ψθ′. Veg. V 80.

phalangio] forma sequioris aetatis legitur apud Pelagonium, Marcellum 17, 15 (p. 172 Helmreich), Cassium Felicem 68 (p. 166 Rose) aliosque.

283 *H* 216 *Πελαγωνίου πρὸς τὰ ἀπὸ ἐχίδνης δήγματα καὶ μυγαλῆς καὶ φαλαγγίου.* omittit autem praecantationem, ex qua Vegetius V 78, 1 talparum terram breviter stringit. servavit *M* 100 χϙβ′ corruptam ita: *ἡ δὲ θεοφίλη λιπαρὰ παρήματα καὶ ὁ ἥλιος τῶν ἵππων ἰδικός ἐστι δεσπότης καὶ χαίρων πρὸς τὴν τούτων ἔρχεται θεραπείαν ἐπικαλούμενος οὕτως, ὅτι τὴν γῆν λαμβάνεις, λέγε· δέσποτα ἥλιε θερμὲ καὶ ψυχρὲ, τοσοῦτόν με ἀπηλλοτρίωσας. τοῦτο λέγων ἔμβαλε κατὰ τοῦ λαιμοῦ τὸ βοήθημα.* post *γῆν* insere *σκαλόπων*. prima verba Millerus legi voluit *ἡ δὲ θεὸς φιλεῖ λιπαρήματα*, sed latent potius *λιπαρῆ ῥήματα*. in *p* quod eieci, vix ponderis nota quaerenda est. de talparum in medicina usu cf. e. gr. Plin. n. h. XXV 19 seq.

284 *H* 216 *ἐὰν δὲ ἐν ὁδῷ ποτε συμβῇ τοῦτο ἵππον παθεῖν κτλ.* *M* 100 χϙβ′. Veg. V 78, 2 *quod si in itinere aut in loco ubi desit copia fomentorum* usque *prodesse creditur.*

285 286 inverso ordine in *H* 216 leguntur, illud ita: *πρὸς δὲ τὰ ἀπὸ φαλαγγίων καὶ μυγαλῶν μαλάχην κόψας κυὶ λειώσας ἐπιμελῶς ἐναπόθου*; hoc *λέγεται δὲ καὶ τοῦτο ἁρμόδιον εἶναι πρὸς τὰ ἀπὸ τῶν ἰοβόλων παντοῖα δήγματα, ἀσφοδέλου ῥίζαν μετὰ οἴνου παλαιοῦ λειωθεῖσαν τοῖς δήγμασιν ἐπιτιθέναι. ποιεῖ δὲ καὶ τοῦτο· λαβὼν χελιδόνος νεοσσοὺς καὶ τούτους ἀνατεμὼν τῷ τραύματι πρόσαγε, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν καλιὰν τῆς χελιδόνος μετὰ οἴνου παλαιοῦ λειώσας τοῖς πεπληγμένοις ἐπίθες τόποις*

(cf. Eumel. Hipp. 217 ἢ νεοσσοῦ χελιδόνος κοιλίαν ἢ τὴν καλιὰν τῶν αὐτῶν νεοττῶν λειώσας ἐπιτίθει τῷ πλήγματι).

ore dissipatos] ἀνατεμὼν *H.* cf. Corp. gloss. IV p. 229 *dissecere, dissipare et in diversas secare,* et locos ab Hermanno Roensch Semasiologische Beiträge zum Latein. Wörterbuch III p. 31 congestos.

Cap. XXI. **287** *H* 276 τοῦ αὐτοῦ προπότισμα καὶ θεραπεία πρὸς κωλικοὺς καὶ τοὺς ἀπὸ χόρτου σαπροῦ βλαπτομένους. Πελαγώνιος Λουκίῳ χαίρειν. *M* 109 ψϙϛʹ Πελαγώνιος Λευκίῳ ἰδίῳ (Λευκιλίῳ?) χαίρειν. Veg. V 51, 1.

ut adreptum putes] item Vegetius, ὡς ἐπιληψίᾳ τοῦτον νομίζεσθαι ἔχεσθαι *H.*

288 *H* 276 τοῖς τοιούτοις οὖν χρὴ τῷ τοιούτῳ προποτίσματι, ὥς φησι Κέλσος, βοηθεῖν. *M* 109 ψϙζʹ προπότισμα κωλικῶν. Veg. V 51, 2, minus accurate VI 28, 17.

asari Pontici] ῥέου Ποντικοῦ *HM.* *asari* restitue Vegetio V 51, 2 ex Corbeiensi (*arasi*). asarum optimum in Ponto nasci tradit Plin. XII 47.

ligustici] λιβυστικοῦ *H*, *levistici* et *lebistici* Vegetii libri. cf. Dioscor. III 51 c. adnot. Sprengelii p. 519. Alex. Trall. p. 399 edit. Puschm. Colum. XII 57, 5.

pulei acapni] restitue Vegetio ex Corb. *pulegii campani.* γλήχωνος καθαροῦ *H.*

sane si dolor e. q. s.] desunt in *H*, habet Veg. V 51, 3.

289 *H* 277 ἄλλο. μέλιτος κοχλιάρια δʹ κτλ. *M* 109 ψϙηʹ.

clari mellis] vix recte traditum est. aut, quod Buechelero placuit, scribendum *Clari* (*Flori?*) ut sit cognomen ἱππιάτρου (cf. 290 *item aliud Emeriti*), aut fortasse *acris;* cf. Cic. in Hortensio apud Non. p. 240 *quod alterius ingenium sic ut acetum Aegyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium dicimus* (fragm. 89 ed. C. F. W. Müller). Plin. nat. hist. XI 38. 39. interpres μέλιτος tantum exhibet.

290 *H* 277 ἄλλο. καππάρεως (ita *P*, καπέρεως *H*) — lacuna — φλοιὸν κρεμάσας ἐν τῷ καπνῷ ξήρανον, ἔπειτα τρίψας μετὰ οἴνου καὶ πεπέρεως δίδου. *M* 109 ψϙθʹ. Veg. V 51, 3. V 72.

piperis pro modo] fortasse ex consensu *HPM capparis,* quoniam piper in eadem compositione iterum occurrit. cf. tamen Veg. V 51, 3: *praeterea piperis* (vulgo *panis* ante Gesnerum) *aliquantulum et pelliculam de ventre pulli siccatam in furno* (an *fumo?*) *et tritam cum vino dabis;* et V 72: *utrisque remedium est, pelliculam de ventre pulli siccatam fumo deterere additisque octo scripulis piperis* e. q. s.

291 *H* 277 εἰς τὸ ἐπιγνῶναι ἵππον ἀπὸ χόρτου βλαβέντα. πρῶτον μὲν ἄστατον ἕξει τὸ πνεῦμα (leg. τὸ ὄμμα) καὶ διὰ παντὸς παλλόμενον, σαθρὸν τὸ βῆμα. τοῦτον ἐκ γαστρὸς ἢ καὶ ὤμων ἀφαίμασσε καὶ προπότισμα οἴνου ἀφηψημένου δίδου.

κριθῶν δὲ ἀπεχέσθω. κέχρησο δὲ καὶ διουρητικοῖς βοηθήμασιν. *M* 109 *ω'*. Veg. V 71.

debrachiolandus] bene Vegetii cod. Corb. *debrachi(o)landi*, vulgo *de brachiolis flebotomandi sunt.* cf. 6 *depectorandus, detemporandus.*

Cap. XXII. **292** *H* 168 *περὶ χαυνότητος καὶ κινήσεως οὐρᾶς.* *M* 103 *ψκ'*.

commissuram] *φυλαττόμενος μὴ ἁρμονίαν ἀποκόψῃς H.* cf. Veg. VI 1, 1; VI 2, 2.

in proba] hoc est *in probatione*, ut apud Amm. Marc. XXI 16, 21 (cf. adn. Valesii) al. *ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἄχρηστοι νομίζονται H.*

293 *H* 168 *πρὸς ῥεῦσιν οὐρᾶς.* *M* 91 *χιε'* et 103 *ψκα'*.

Cap. XXIII. Cohaeret cum cap. XVII. roborosam passionem Vegetius describit V 23. *περὶ τετάνου καὶ ὀπισθοτόνου* Apsyrtus Hipp. 119, Hierocles 121, Theomnestus 123, Hippocrates 125.

294 *H* 129 *πρὸς τετάνους* (*τετανικοὺς M*) *καὶ σπασμοὺς καὶ πόνους.* *M* 57 *τλ'*.

carbones sine fumo] Hierocles p. 123 *ἐὰν δὲ θερμὴν* (*τὴν ἱπποστασίαν*) *βούλῃ ποιῆσαι, ἄνθρακας καλῶς προεκκεκαυμένους εἰσκόμισον. ἐὰν γὰρ καπνὸς γένηται, προσεπιτρίβει τὸ ζῷον καὶ διαφθείρει.* Veg. V 23, 6 *ignis iuxta eos fieri consuevit sine fumo, ut amplius sudent.*

frondem ficulneam] Veg. V 23, 16 *plerique adseverant ficulneas frondes roborosis oportere praeberi, quae naturaliter calent.*

295 *M* 57 *τλα' πρὸ πάντων ἐν τόπῳ θερμῷ στηκέτω κτλ.* omittens piper longum. cf. Veg. V 23, 16 et Pelag. 299.

296 *H* 129 *ἄλευρον φυράσας σίτινον ὕδατι χλιαρῷ κτλ.* *M* 57 *τλβ' ἐὰν τὰ προγεγραμμένα μὴ εὑρεθῇ κτλ.*

fabam solidam] *κυάμους ἀκεραίους PM* (*ἀκορέους H*). infra 365 est *φάβα ξηρόν.* Veg. V 23, 14 fabas *solutas* memorat; fueritne *solidas?*

transversis cauteriis] *ἐνδιηλλαγμένοις καυτῆρσιν PM.* cauteriis rectis utitur Veg. I 14, 3.

297 Veg. V 23, 17. pars remedii *M* 58 *τλγ'* videtur *ἄλειμμα πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς ψῦχος. κηροῦ λ. α', ῥοδίνου ἐλαίου γὸ β', οἴνου παλαιοῦ τὸ ἀρκοῦν* (cf. 298). similis est unctio Optati 273.

298 non integrum videtur.

299 Veg. V 23, 16 (murram et piper longum ex 295 petivit).

300 *M* 58 *τλδ' προπότισμα πρὸς αὐτό . . . . ταῦτα πάντα λειώσας τῷ οἴνῳ καὶ τῷ ἐλαίῳ μίξας δίδου* (inde scripsi *trita*).

301 prior pars *M* 58 *τλε'* (easdem fere species invenies

M 55 τιη'), posterior *M* 58 τλϛ' = *H* 129 *ἄλειμμα πρὸς τὸ αὐτό. δαφνοκόκκων λίτρας β' κτλ.* (deest oleum).

Cap. XXIIII. **302** *H* 145 *Πελαγωνίου πρὸς τοὺς αἷμα ἀπορροῦντας ἢ διὰ μυκτήρων ἀνάγοντας ἢ ἐμοῦντας ἢ ἀπὸ φλεβοτομίας ἐξαίμους γινομένους. Πελαγώνιος Ἀρζυγίῳ* (*ἀρσίπῳ HP*) *ἰδίῳ χαίρειν. M* 68 *υλγ'.* Veg. V 11, 1. 2.

s e d h i c a u t n i m i o a s c e n s u] tolerabilis brevitas; deest *aegrotat, patitur,* vel ut apud Veg. l. c. *passionem contrahit.*

u r i n a m s a n g u i n e m f e c e r i t] *sanguineam* Sarchianius dederat sine necessitate; cf. supra *urina sanguis est.*

303 *H* 145 *προπότισμα πρὸς τὰ τοιαῦτα πάθη. προποτίσμασι δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα πάθη τοῖσδε χρήσῃ· τραγακάνθης οἴνῳ ἀποβεβρεγμενης γō τὸ ἥμισυ κτλ. M* 69 *υλδ'.* cum Pelagonio consentit Veg. V 11, 3.

304 *H* 145 *ἄλλο. πράσου χυλὸν μετὰ οἰνομέλιτος καὶ ᾠοῦ εἰς τὸν λαιμὸν ἔμβαλλε προσμίσγων καὶ στακτὴν ὀλίγην* (om. genestae sucum). *M* 69 *υλε'.* Veg. V 12. genestam viridem tritam ad abundantiam sanguinis propinat Gargilius cur. boum § 16 (Schneideri edit. Veg. p. 170).

305 *M* 70 *υμϛ' πρὸς τοὺς ἀπὸ μυκτήρων αἱμορροοῦντας. φακὴν* (h. e. lentem seu lenticulam) *καὶ ἔριον ἐλαίῳ βεβρεγμένον καύσας καὶ τὴν σποδιὰν αὐτῶν βρέξας διὰ καλάμου εἰς τοὺς μυκτῆρας ἐμφύσα.* Veg. III 35 *chartam etiam et lanam combures ipsumque pulverem per fistulam insufflabis naribus.*

306 *M* 99 *χπη' Πελαγωνίου πρὸς ἀφρίζοντα ἵππον. ἐὰν ἀφρίζῃ ἵππος καὶ περὶ τὴν τροφὴν ἀήδειαν ὑπομένῃ, βραθὺ εἰς ὕδωρ ἀποβρέξας σμῆχε τὸ στόμα. πρόσβαλλε δὲ καὶ φύλλα σχίνου διὰ τὸ εὔοσμον.*

307 Colum. VI 33, 2. Eumeli nomine *M* 69 *υμγ' ῥύσιν αἵματος τὴν διὰ ῥινῶν ἵστησι κολιάνδρου χλωροῦ χυλός.* eundem sucum saepius adhibet Veg. III 35. 37. II 26, 27 (cf. *M* 70 *υμζ'*).

308 *H* 145 *ἄλλο. αἷμα πρῶτον ἀπὸ τοῦ οὐρανίσκου λάμβανε κτλ.* usque *καὶ τὰς κριθὰς ὁμοίως κατάβρεχε. ἄλλο* (= *M* 69 *υλϛ' πρὸς τοὺς αἷμα ἀφοδεύοντας καὶ τοὺς αἷμα ἀπουροῦντας*). *ἐὰν αἷμα διὰ τῶν μυκτήρων φέρῃ κτλ.* quibus subiungit *M* 70 *υμζ'* haec: *ὕδατι ψυχροτάτῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπάντλησον προσμίξας εἰς τὸ ὕδωρ ἅλατος ὀλίγον.* coriandri sucum ex Columellae remedio 307 huc inrepsisse manifestum est. similia Apsyrtus Hipp. 144 (ex hoc Hierocles ibid. et Veg. V 9).

309 *H* 146 *ἄλλο. πρὸς τοὺς αἷμα ἐμοῦντας. ἀψίνθιον καὶ ναρδόσταχυν ἐν χαλκείῳ καινῷ μετὰ ὕδατος ἀφεψήσας προπότιζε. M* 70 *υμη'.* Veg. V 12 (*absinthium Ponticum*).

310 311 *H* 42 *Πελαγωνίου πρὸς φλέβα ὑπὲρ τὸ μέτρον ἀπὸ φλεβοτόμου αἷμα προχέουσαν. ἀφόδευμα αὐτοῦ τοῦ ἵππου ταῖς ῥεούσαις φλεψὶν ἐπίθες. εἰ δὲ ἐπιμείνοι τὸ αἷμα φερόμενον, εὐφυῶς ἐρέας μαλλὸν βρέξας εἰς ἔλαιον τῇ φλεβὶ προσ-*

ἐνεγκαι, ἢ νοῦμον (sic) ξύλινον ποιήσας ἐπὶ τῇ αἱμοῤῥοούσῃ φλεβὶ ἐπιτίθει καὶ χρῶ ὡς καλλίστῳ καὶ προχείρῳ βοηθήματι. *M* 34 ροβ'. Veg. V 13: *si sanguis interdum nimis per venam cum percussa fuerit et claudi non potuerit, erumpit, remedium est stercus ipsius animalis superponere fluentibus venis; aut si perseveraverit, urere* (*uri* cod. C.) *cauterio subtiliter, ne nervi laedantur. floccum etiam tomenti* (ita restitue ex *tumenti* cod. Corb., *competenti* Schneid.) *oleo tinctum venae admoveto; etiam assem ligneum in vena, qua sanguis profluit, ponis et ligas. praesens est remedium.* igitur ne ex hoc quidem quid lateat in eo quod traditur *hosticinum,* conici potest. primum hariolatus eram *os hircinum, os caninum,* sed conteri possunt alia ducenta. iam vero monente Buechelero *osticinum* retinui, ut sit aliquid ex genere ustorum. hoc tamen dubium est utrum simplex sit vocabulum (*ouro,* hinc *ostigo* Colum. VII 7, 21, *osticium* Isidor. Etym. XIX 28, 8; scripsit de his Buechelerus in Woelfflini Archivo II p. 607) an compositum ex *osti* et nom. *cinus* (*cinus cini* pro *cinis cineris* Gloss. Philox. s. v. Cyrillus s. v. τέφρα testesque alii). tenendum autem *ustae* nomen fuisse etiam generi cuidam cerussae aut massae latericiae (*pulverem lateris vetustiorem* Pelagonius 398 adhibet); huiusmodi aliquid conteri et apponi in plagam iubetur.

stercus ipsius equi fluentibus venis admoveto] cf. 43 *stercus ipsius iumenti fluentibus venis admotum fasceis obligetur.*

Cap. XXV. **312** cf. *M* 39 σις' (ἑλκῶν καθαρτικά) . . . . ἢ καὶ ὀρόβου ἄλευρον ἢ τιθύμαλλον κόψας . . . ., sed integrum fere legitur in Eumeli capite πρὸς ἕλκη διάφορα *M* 46 σμη' εἰ δὲ ῥυπαρὸν τὸ ἕλκος εὑρεθείη, τιθύμαλλον μετὰ μέλιτος καὶ νίτρου καὶ σταφίδος καὶ ἀλεύρου ὀροβίνου λειώσας ἐπίθες.

313 *M* 47 σν' περὶ τῶν ἐν τοῖς τραύμασι τριχῶν καὶ περὶ λύσσης βοῶν, Eumeli ut videtur. in calce adduntur haec: τὸ αὐτὸ δὲ καὶ βουσὶν ὑπὸ λύσσης δοκιμαζομένοις χρήσιμον.

314 unguis] an *inunguis?* excidisse autem potest verbum quale est *teris* vel *misces.* cf. 312.

316 *H* 42 Πελαγωνίου πρὸς παντοίαν φλεγμονήν. *M* 33 ρνζ'. ἔλαιον Σπανόν Galenus laudat passim, saepe alii adhibent veluti Cassius Felix (cf. p. 254 edit. Val. Rose). infra in fragmento dubio 478 ἔλαιον Ἰσπάνιον redit.

317 Chironium ulcus quid sit Celsus V 25, 5 exponit. cf. Ps. Apul. herb. 9, 1 *ad ulcera chironia,* 23 *ad vulnera chironia.* Theod. Priscian. I 22 p. 89 ed. Bernhold.

318 319 *H* 286 Πελαγωνίου κατασκευὴ μαλάγματος et πρὸς κατάκαυμα. *M* 113 ωνα'. ωνβ'. cf. 326, ubi terna habes singularum specierum pondera.

320 *H* 286 ἄλλη κατασκευὴ ἀλείμματος. *M* 113 ωνγ'.

iunipiri nigri] *ζιζύφου μέλανος κεκαθαρμένου* *H*. addendumne *purgati?*

321 *H* 286 *μάλαγμα πρὸς νεύρων πόνους. κηροῦ λίτραν α', μυελοῦ ἐλαφείου γο̄ ξξ, σμύρνης γο̄ γ', καὶ τοῦ ξηρίου αὐτῆς κοχλιάρια β'· ταῦτα μίξας καὶ ἑψήσας χρῶ.* *M* 114 *ωνϛ'*.

322 *H* 233 *ἄλλο Πελαγωνίου. λιθαργύρου λίτραν μίαν κτλ.* omittens nitrum et misy. *M* 121 ℞*ξ' Πελαγωνίου καυστικὸν θερμόν*. cf. ad 177.

323 *H* 293 *κατασκευὴ φαρμάκου. πίσσης ξηρᾶς, ῥητίνης πιτυΐνης κτλ.* multa desunt, post *θείου ἀπύρου* inseritur *μάννης κρόκου*. *M* 120 ℞*μϛ'*.

scabialis] parum probabile quod De Vit in Forcellinii lex. s. v. comminiscitur scabialem esse resinam ad scabiem pertinentem vel scabiei medentem, cum hoc loco de scabie non agatur. interpres tacet. Georges lex. VII. edit. resinam rasam intellegit (a scabendo) sed dicitur potius, ut monuit Buechelerus, *scabialis* resina ex scabie arborum orta, qui est notus morbus olearum, ficorum al., apud Plin. n. h. XVII 223. 225 (cf. XXXI 33), *ψώρα* apud Theophrastum (cf. J. G. Schneideri adn. ad Theophr. hist. plant. IV 14 p. 393 sq.); parum differt *asclosa* 384, id est rescissa cum astulis (v. adn.). duobus autem locis Veg. similem commemorat V 53, 2, ubi Schneiderus Corbeiensem secutus recepit *cavealis* (*cabialis* vulgo, *cabulem* Gothanus), idem VI 14, 1 (*cabialis* vel *abiales* vel *abietis* libri). *cadialis* Cael. Aurel. chron. II 7 (p. 385 Amman).

326 idem fere est 318.

327 lemma fuerit ⟨*compositio*⟩ *pastilli*, cf. 94. 401. ipsi pastilli in remedio non memorantur.

crocomagmae] aut ita aut *croci mannae*. pondus ex aliorum consensu addidi.

turbisci] turbiscum Graecis esse *κόκκον Κνίδιον* Cassius Felix docet c. 76 (p. 184 Rose). cf. Plin. XXXIII 88. Isidor. Etymol. XVII 7, 56. Rosius in indice edit. Cass. Felicis p. 208 seq. Corp. glossar. III 538, 11; 595, 60; 629, 57.

328 *M* 52 *σπη' πρὸς παντοῖον ἕλκος. σμύρνης γο̄ ϛ', μέλιτος κυάθους β', ἀψινθίου τὸ ἀρκοῦν λείωσον· ἕψησον δὲ ἔλαιον καὶ κηρὸν, ἔασον ψυγῆναι τὸ ἀψίνθιον καὶ ἐπίπασον· πάντα δὲ ἐν ταὐτῷ φυράσας ἐπὶ ῥάκους ἐπιπλάσας ἀπόθου ἐπὶ* (trad. *ἔτι*) *ἡμέρας γ' τούτῳ καὶ τῷ πόνῳ καὶ τῇ φλεγμονῇ, πάνυ γάρ ἐστιν ἀληθές.*

329 330 *H* 290 *ἀνακόλλημα πρὸς ἁρμοὺς καὶ σκέλη καὶ ὑδατίδας* et *ἀνακόλλημα πρὸς ἁρμούς· κρόκου, λιβάνου, ἀλεύρου κτλ.* pro *μίκτου* scribe *μίλτου*, cf. Eichenfeld Annal. Vindob. 44 p. 148. *M* 116 *ωϙβ'. ωϙγ'*.

331 332 *H* 286 *ἀνακόλλημα ψυκτικόν. κρόκου γο̄ ξξ κτλ.*

(omittens mentam) et ibid. ἀνακόλλημα πρὸς ἁρμοὺς ἵππων καὶ ψύας. σεμιδάλεως γράμματα δύο κτλ. *M* 114 ωνδ'. ωνε'.

333 cf. 345. Pelagonium usum esse puto remedio quod plenius extat in *M* 44 σλε' auctoris nomine non adscripto ita: λιπαρὰ σύνθεσις. ψιμυθίου καὶ λιθαργύρου ἴσον ἑκατέρου βαλὼν εἰς θυΐαν τὴν λιθάργυρον καὶ προλεάνας, εἶτα τὸ ψιμύθιον, καὶ τρίψας ἐπιχέειν παρεμβαλὼν ἓν παρ' ἓν ἔλαιον καὶ οἶνον (παρὲν, ἐλαίου καὶ οἴνου cod. Londin.) τὸ ἀρκοῦν πρὸς τὴν χρῆσιν. ἔστω δὲ ὁ οἶνος λευκὸς καὶ εὐώδης καὶ τὸ ἔλαιον καλόν. ἔστι δὲ ἀγαθὴ πρὸς πάντα τὰ τετράποδα. τὰ κοῖλα τῶν ἑλκῶν ἀνάγει ἔμμοτος (ἐν μότῳ cod. Lond.) ἐπιτιθεμένη καὶ τὰ ῥυπαρὰ δὲ ἀνακαθαίρει καὶ τὰ καθαρὰ δὲ συνάγει. μάλιστα δὲ τὰ ἐν τοῖς τραχήλοις τῶν ὑποζυγίων ἁπάντων καὶ τὰ κατακεκαυμένα ἀπουλοῖ. ποιεῖ δὲ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων καλῶς πρὸς παρατριβὰς καὶ ἀποτρίψεις καὶ ἐξανθήματα καὶ τὰ ἔνικμα ἕλκη καὶ λειπόσαρκα καὶ ψιλώματα ἔμμοτος χρωμένη (ἐν μότῳ χριομένη cod. L.) καὶ πρὸς κατακαύματα. quae secuntur eiusdem auctoris (Eumeli?) sunt.

334 cf. 333. *M* 45 σλη' πρὸς κατακαύμα⟨τα⟩ τῶν μωλώπων (in capitum indice πρὸς κατακαύματα τῶν ὠμοπλατῶν). χαλκοῦ ἄνθος ἐν ὄξει ἑφθῷ πάχος ἔχοντι μέλιτος τρῖβε.

quamdiu spissum videris] supplevi ad 224 *quamdiu in modum pultis spissum videris.* iam vero magis placet quod Buechelerus mihi proposuit *quamdiu spisset, teris,* ut *spisset* sit intransitivum. certe hoc simplicius est quam *spissum fuerit, teris* (cf. 450).

aeruginem Campanam] aes Campanum Plin. XXXIV 95 laudat.

335 cf. 333. 334. *M* 45 σλθ' πρὸς τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη καὶ νομὰς ἔχοντα. ἄριστον βοήθημα στυπτηρίαν φορίμην καὶ μέλι ἑψῶν χρῆσο ἔμμοτον. ὡσαύτως καὶ ἐπ' ἀνθρώπων χρῆσο. ἕψει δὲ μαλακῷ πυρί, ἀναβαίνει γὰρ ταχύ.

pataginant] h. e. latius atque altius serpunt sive exulcerantur (νομὰς ἔχοντα). verbum hic primum quod videam legitur. cf. Paulus ex Festo p. 221 s. v. *patagus.* Macrob. Sat. V 19, 12. Placidi gloss. p. 75 (Deuerling): *pataginem, cum propter pituitam non facile labra moventur* (Papias similiter). vide quae de patago, patagine disputat Gustavus Loewe, Prodrom. corp. gloss. Lat. p. 287.

imponis et cum] an *imponis sed cum?*

336 *H* 293 Πελαγωνίου ἔμπλαστρος ἡ χλωρά (deest oleum Cyprinum). *M* 120 ϡμδ'. brevius Veg. VI 28, 24.

337 Videtur fuisse *M* 147 αρϛ' διαφορητικὴ σκληρίων καὶ οἰδημάτων, quod periit. Veg. VI 28, 26 *fomentum ad tumores sive ad duritiam quamlibet sic facies: hibiscum ex vino decoctum conteris cum axungia et sic uteris. sin minus, herbam*

Sabinam conteris et ex rosaceo concoquis et sic uteris usque ad sanitatem.

338 *H* 293 *ἄλλη κατασκευὴ ἐμπλάστρου. νίτρου, χαλκοῦ κεκαυμένου, ἀξουγγίου ἀνὰ λίτρας β', ἀσφάλτου Ἰουδαϊκῆς λίτρας γ', χαλκάνθης, σιλφίου ἀνὰ λίτρας μιᾶς.* *M* 120 ℘με'. cf. adn. 194.

339 *H* 294 *ἄλλη ἔμπλαστρος.* omittit bitumen, sed addit post *χαλβάνης* — *galbani* Eichenfeld Annal. Vindob. 44 p. 148 Pelagonio restitui voluit, fortasse recte — *κηροῦ* (*ἀνὰ γō* ἕξ). *M* 120 ℘μζ'.

340 *H* 294 *ἄλλη σύνθεσις ἐμπλάστρου. καδμίας, ἀσφάλτου Ἰουδαϊκῆς, χαλκοῦ κεκαυμένου, χαλκάνθης, νίτρου καὶ ἀξουγγίου* omissis reliquis. *M* 120 ℘μη'. similis est *Ἀψύρτου ἔμπλαστρος περὶ σφυρῶν* Hipp. p. 290. numerum inclusi, cum quid exciderit, si quid excidit, statui nequeat idemque singularum specierum pondus fuisse veri sit simile. cf. adn. 194.

342 Veg. VI 28, 15 *traumaticum sic facies: chalcitidis pond. I, misy pond. I semis, aeruginis unciam I, stercoris columbini pond. I, adarcis uncias III et scrupulos III.* num pro *adarcis* scribendum sit *aceti acris* inserendumque *mellis* quaeritur.

343 *M* 53 *σπθ' τραυματικὴ εὔοσμος.* pro eo quod traditur *σιδίων ξηρῶν* legendum videtur *ἴων ξηρῶν*.

344 *M* 53 *σϙ' κατασκευὴ ξηρίου.* pro *χόρτου κεκαυμένου* debuit esse *χάρτης κεκαυμένης.* altera *σποδίου* compositio *M* 52 *σοζ'*.

345 346 cf. 333. Veg. VI 28, 13 seq. 346 est *H* 304 *Πελαγωνίου κατασκευὴ λιπαρᾶς. λιθάργυρον, ψιμμύθιον, λίβανον ἄῤῥενα ἐπίσης λαβὼν τρῖψον καὶ προσβαλὼν κρόκον, ἐλαίου, μέλιτος τὸ ἀρκοῦν χρῶ.*

Cap. XXVI. Priora debet Apsyrto Hipp. p. 186 sq. (inde Hierocles p. 187). Geopon. XVI cap. 18 Pelagonio tribuitur perperam.

347 Veg. V 70, 1: *scabies iumentis deformitatem et passionem et interdum periculum generat. contagiosa namque est et transit in plures. cui nascenti medicamentis non oportet occurri* (sic cod. Corb.), *ne praeclusa cute in visceribus residens convertatur in morbum* e. q. s.

scabiaverit] Corp. gloss. II p. 481 *ψωριῶ scabio.*

348 Apsyrtus: *ὄξος δριμύτατον καὶ γλοιὸν παιδικὸν καὶ κεδρέαν ἀναζέσας ἐν ταὐτῷ ξυλοσπόγγιον ποιήσας θερμῶς κατάχριε.* Veg. V 70, 3 omittit *γλοιὸν παιδικόν*, quod Ruellius vertit *strigmentum puerile.*

349 Apsyrtus: *ἐνεργεῖ δὲ καὶ τοῦτο· θείου καὶ ἀσφάλτου, ἑκάστου τὸ ἴσον τρίψας, ἔλαιον ἐπιχέας ψυχρὸν κατάχριε καὶ στηκέτω ἐν τῷ ἡλίῳ.* Veg. V 70, 3 exhibens, ut est in *B*, *perungues in sole.*

350 Apsyrtus: *ἄριστον δὲ καὶ τοῦτο· στέαρ χοίρειον καὶ πίσσαν καὶ κηρὸν, ἴσον ἑκάστου τήξας καὶ θεῶν τρίψας μῖξον καὶ ἔλαιον ἐπιχέας θερμὸν ἐνάλειφε.*

inlinas vel perungis] duplicem codicis *R* lectionem ex duobus codicibus conflatam puto altera utra sufficiente. cf. Mus. Rhen. 46 p. 374.

351 Veg. V 70, 4 apud quem deest cera. cf. *M* 54 *τβ'*.

352 deest in *B* facileque omitti potuit, cum eaedem fere species sint atque remedii praecedentis, neque Vegetius videtur legisse.

353 *H* 191 *οὔρου παλαιοῦ τρυγὸς γράμμα α' κτλ.* *M* 54 *τγ'*. Veg. V 70, 4 (scrib. *suilli* pro *ovilli*).

354 Veg. V 70, 4: *bituminis pondo duo, sulphuris vivi selibram, cerae libram, mannae turis selibram commisces in oleo, in quo prius fasciculus anchusae decoctus est et perungis in sole.*

355 *M* 54 *τδ' κριθὴν τὴν ἐν αὐλαῖς φυομένην* *S.ς'* (sic), *ἀκάνθην ἀλέσας καὶ ἐπιβαλὼν ἐλαίου Κυπρίνου τὸ ἀρκοῦν καὶ χλιάνας σύγχριε ἡλίου θερμοῦ ὄντος.*

356 *M* 54 *τε' βατράχους ἑψήσας εἰς ὕδωρ ἀνάβαλε* (*ὕδατι λαβών* codd. Cant. et Lond.) *αὐτῶν τὸν ἰχῶρα καὶ πρόσμιξον ἐλαίου τὸ ἀρκοῦν καὶ συνεψήσας* (*ἕψησας* Cant. et Lond.) *χρῶ.* Veg. V 70, 5.

357 358 Veg. V 70, 5 (ex Corbeiensi restitue *candido*).

359 Colum. VI 32, 2 (cf. *H* 191 *ἡ ψώρα πολλάκις, εἰ μὴ βοηθείας τύχοι, θάνατον ἀπεργάζεται κτλ.*) *praecipue tamen huic noxae salutaris est adeps marini vituli, sed si iam inveteraverit, vehementioribus opus est remediis* e. q. s. versionem Pelagoniani argumenti exhibent praeter *M* 54 *τς'* codices Cantabrigiensis et Londiniensis, in quibus *Ἡροδότου* nomen auctoris adscriptum est. cf. adnot. 360.

adeps vituli marini] *στέαρ πρόσαγε φώκειον* bene Cant. et Lond. (*σκρόφειον* *M*).

bitumen cum sulphure et atroci pice liquida] Columella: *bitumen et sulphur et veratrum pici liquidae axungiaeque veteri commixta pari pondere incoquuntur.* iam Schneidero *veratrum* adeo non placuit ut proponeret *et sulphur vivum.* requiritur autem, si fidem habemus interpreti (*ἄσφαλτον, θέαφον, ὄξος, πίσσαν ὑγρὰν, ἀξουγγίαν παλαιάν* *M*, *ἄσφαλτον οὖν καὶ θεῖον καὶ ὄξος* Cant. Lond., *ἄσφαλτον μετὰ θείου καὶ πίσσης ὑγρᾶς καὶ ἀξουγγίου παλαιοῦ* *H* 192), *acetum*, ut Pelagonio vindicare possimus *cum sulphure et aceto* (*acri?*) *et pice liquida* e. q. s.

360 Veg. V 70, 6 *si vetustate scabies occalluit* (*obcalluerit* Corb.), *prius abradenda* (*eradenda* Corb.) *ferro vel testis ad vivum est, insuper humano lotio cum aqua marina vel salsa*

mixto confricanda (*perfricanda* Corb.) *est. post sulphuris, bituminis, picis liquidae, axungiae veteris, sevi caprini, cerae, aluminis scissi singulas libras contundis, misces et decoquis et sic animal perungis in sole.* coniunxit igitur cum superiore remedio, unde petivit bitumen et axungiam.

361 Veg. V 70, 7 *folia rhododaphnes cum oleo vetere decoques, addita pice liquida et aceto et cera. certum est de experimento remedium.*

362 Eumeli est Hipp. 189 (= *M* 53 σϙζ′) φρῦνον σφάξας μετὰ οἴνου καὶ ὕδατος ἐν χαλκείῳ ἕψησον καὶ τῷ ἀποζέματι αὐτοῦ ἤτοι τῷ ἰχῶρι ἐνάλειφε (cf. supra 356), ἢ πίσσῃ μετὰ μέλιτος καὶ θείου ἀπύρου καὶ ἐλαίου παλαιοῦ τρυγὸς καὶ προβατείας κόπρου (olei faeces et stercus suillum in 353) ἀνὰ τρίχα ἀπότριβε, ἢ ἄσφαλτον καὶ κεδρέαν μετὰ λιβάνου ἀλεύρου καὶ ἀριστολοχείας καὶ νίτρου ἀνὰ γο̄ β′, ἢ (inserendumne *vel?*) πίσσης ὑγρᾶς γο̄ ἕξ, ἐλαίου ξέ. β′ μετὰ ὄξους ξέ. ἑνὸς ἡμίσεως καθεψήσας τὸ αὐτὸ ποίει, πρότερον τὸ δέρμα ψήκτρᾳ ἢ ὀστράκῳ ἀναδείρας καὶ ἐκτραχύνας, ἢ καλάμους καύσας λαβὼν πρὸ τοῦ τεφρωθῆναι καὶ κόψας καὶ σείσας κοσκίνῳ λεπτῷ καὶ μίξας ἔλαιον ἀνὰ τρίχα κατάχριε. adduntur alia.

contraque pilum iumentum unguis] cf. Veg. V 70, 7 *memineris tamen in omni unctione contra pilum iumentum in sole diutissime confricandum.*

Cap. XXVII. **363** *H* 277 πρὸς ληθαργικούς· ἐσήμανάς μοι τοὺς ἵππους σου βαρυτάτῳ κατέχεσθαι νοσήματι κτλ. *M* 109 ωα′. cf. Veg. V 47, 1: *lethargici quoque iumenti ista sunt signa. iacebit semper et dormiet nec cibum appetet neque potum; cum excitatum fuerit, continuo aggravatur et se proicit et macescit . . . . quod hac ratione curabis. substernito in stabulo ubi stratum cubet . . .* § 6 *lethargicum animal frequenti excitatione prohibendum constat a somno. assidua quoque iniungenda est deambulatio, si ante omnes pedes eius miseris in fomentum* (*ambulatio, si ante omnes pedes miseris iumentum* Corb.). *nam furfures sale et aceto permisces et calentes ungulis imponis* (*adpones* Corb.). *farinam quoque triticeam cum tritis salibus et poscae sextario uno faucibus infundes* (προποτιζέσθω δὲ καὶ πόμα δεχόμενον πίτυρα σίτινα καὶ ἅλας μετὰ ὀξυκράτου ξέ. β′ *H*).

si ante quattuor pedes ⟨in⟩ fomentum — miseris] expectes *si ante* ⟨*in*⟩ *IIII pedes fomentum — miseris,* sed obstat Vegetii lectio (συμβάλλεται δὲ καὶ τὸ συνεχέστερον ἀναπατεῖν καὶ τοὺς τέσσαρας πόδας ὄξει καὶ πιτύροις θερμοῖς ἀποτρίβεσθαι *H*).

364 *H* 277 ἄλλο. ἀρτεμισίας βοτάνης ἄνθος κόψας μετὰ ἐλαίου καὶ ὀλίγης στακτῆς δίδου διὰ κέρατος. *M* 109 ωβ′. Veg. V 47, 4 *herbam Artemisiam contusam et cribratam dabis*

cum lixivii sextario et olei cyathis duobus per triduum, quarta die intermittes, V 47, 7 *herbam Artemisiam tunsam cum oleo et modico lixivio dabis ad cornu.*

365 *H* 277 ἄλλο προπότισμα πρὸς ληθαργικούς. πρὸ πάντων τοὺς ληθαργικοὺς κριθῶν ἀπέχεσθαι ποίει κτλ. *M* 109 ωγ' ἄλλο προπότισμα πρ. ληθ. Veg. V 47, 7. 8. omnes Optati nomen ut supra Flori tacent.

acori Pontici] vulgatam *afronitri* Veget. V 47, 8 Schneiderus ex *H* correxit in *rhei Pontici*, sed recte Corbeiensis *acori Pontici*, idem deinceps *calami Syriatici unc. III* cum Gothano (καλάμου ἀρωματικοῦ *H*).

spicae nardi Indicae <— V>] omittit *H*. uncias quinque posui propter quinas calami Syriatici et capparis radicis uncias; apud Vegetium vulgo binae sunt.

diligentia elimetur] cf. supra 54 *usque cum dolor elimetur;* Veg. *assidue flagello excitandum aut voce, ut vitium timore deponat.*

Cap. XXVIII. Lemma ex capitum indice explevi.

366 *H* 278 ἄλλο προπότισμα παντὶ καιρῷ ἀναγκαῖον. ξηρίον κατασκευάσας ἀπὸ τῶν ὑποτεταγμένων εἰδῶν, ὅπερ ἐστὶ πάντων ὁμοῦ λυσιτελέστερον· γεντιανῆς κτλ. quae desunt addit *M* 109 ωδ' εἰ δὲ τὰ ζῶα πυρέττοι, εἰς ὕδωρ ἀφέψησον τὴν ῥίζαν τῆς ὀξυσχοίνου προσβάλλων καὶ σέλινον καὶ μελίκρατον μᾶλλον εὑρίσκεσθαι καὶ οὕτως κοχλιάριον α' τοῦ ξηρίου βαλὼν προπότιζε ἐπὶ ἡμέρας γ' κτλ. est pulvis todiapente, cf. supra 5. Veg. VI 8, 8 sq. *diapente est ut supra retulimus* (I 10, 6, II 36, 1) *necessarium plurimis causis ac morbis* e. q. s. usque *idem pulvis si ultra cochlearium cum sextario vini veteris et olei viridis hemina detur, animal a quibuslibet venenis vel serpentum aut bestiolarum morsibus liberat.* excidit, ut ex *B* (*mac* . . vel *mag* . .) et *M* (καὶ χρῶ ὡς μεγαλοφυεστάτῳ βοηθήματι) efficitur, clausula quae solet esse *certissimum est remedium.* cogitare possis *magnificum est medicamentum,* cum quartae litterae I vestigium in codice appareat.

367 *H* 278 προπότισμα τὸ παρὰ Ῥωμαίοις κονδριγάριον καλούμενον. τραγακάνθης γο α' κτλ. *M* 109 ωε'.

cymini] scripsi pro (*h*)*ormini*, cum *cyminum* redeat in iis quae secuntur potionibus. interpres omisit.

murrae] hoc loco omitt. *H*, sed infra inserit μυρτοκόκκων.

folii] i. e. malabathri (Dioscor. I 11. Cass. Felix, index Rosii p. 236. Isidor. Etym. XVII 9, 2). nota tamen infra 369 et folium et malabathrum in eadem compositione commemorari.

sertulae Campanae] sive *sertae Campanae* (μελιλώτου *H*). Plin. XXI 53 *melilotum quod sertulam Campanam vocamus.* Dioscor. III 41.

368 *H* 279 πόμα κολλῶδες. σμύρνης γο̄ β' κτλ. *M* 110 ωζ'.

369 *H* 304 ξηρίον τεθρίππου. exciderunt nonnulla. pro μαλάγματος scribendum videtur μαλαβάθρου, pro σκορόδου scribe σκορδίου. *M* 147 ϡϙα' periit.

c r o c o m a g m a e] eadem corruptela 327. 371. cf. 370.

370 *H* 279 προπότισμα χειμερινόν. κρόκου, κόστου κτλ. *M* 110 ωιγ'. Veg. VI 28, 30, qui caricis XXV substituit *hyssopi fascem.*

c r o c i m a n n a e] an *crocomagmae* cum Vegetio? μάννης *HP*.

c a t u l u m b r e v e m] σκύλακα μικρὸν. cf. 17 cum adnot.

371 Veg. VI 28, 31 emendandus ad Riccardianum exemplar.

p o r c l a c a e] dubitanter retinui formam vulgarem redeuntem in 374, cum supra 40 scriptum sit *portulacae,* ubi corrigas quaeso mendum typographi. cf. Loewe, Glossae nominum p. 124. item in Marcelli Emp. codice XII 44. XX 39 *porclaca* scribitur.

372 infra (396) redit suo loco.

